



41-131

R.1  
4/1


















18704334



181  

---

15-51

*1640*



# CLAVDII PTOLE

MAEI ALEXANDRINI

GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS

LIBRI OCTO.

EX BIBILBALDI PIRCKEYMHERI

tralatione, sed ad Græca & prisca exemplaria à Michaële Villanouano iam primum recogniti.

Adiecta insuper ab eodem Scholia,

quibus exoleta urbium nomina ad nostri seculi morē exponuntur.

li morē exponuntur.

\*

QVINQVAGINTA ILLAE QVOQVE CVM

ueterum tum recentium tabule adnectuntur, uariisque incolentium ritus & mores explicantur.



LVGDVNI

EX OFFICINÀ MELCHIORIS ET GASPARI TRECHSEL FRATRVM.

M. D. XXXV.

*aspurgado por el cle purgatorio de 1640  
de N. S. P. Pedro de Guisada*

*V. 10. 16. 40*



# CLAVDII PTOLE

M AEI ALEXANDRINI  
GEOGRAPHICAE ENAR-  
RATIONIS

LIBRI OCTO.

EX BIBIBALDI PIRCKEYMHERI *avetvra Damnati opus per m. 11*  
tralatione, sed ad Græca & prisca exemplaria à Mi-  
chaële Villanouano iam primum recogniti.  
Adiecta insuper ab eodem Scholia,  
quibus exoleta urbium no-  
mina ad nostri secu-  
li morē expo-  
nuntur.

\*

QVINQVAGINTA ILLÆ QVOQVE CVM  
*ueterum tum recentium tabule adnectuntur, uarijque  
incolentium ritus & mores  
explicantur.*



LVGDVNI  
EX OFFICINÀ MELCHIORIS ET  
GASPARIS TRECHSEL FRATRVM.  
M. D. XXXV.

*expurgatus post des purgatorio de 1640  
de M. J. P. de la Bequerada*

MICHAEL VILLANOVANVS  
LECTORI S.

**N**ON AB RE fuerit, lector amice, de Claudio nostro paucula hic praescribere, ac demum quid nos in hac editione praestiterimus comminisci. Fuit Ptolemaeus Alexandria Aegypti urbe regia oriundus; Graecae literas, quibus tunc Aegyptus imbuebatur, abunde doctus: tametsi & Rhodi egerit aliquando: Philosophus, Astrologus, iuxta ac Mathematicus strenuus, quod & alia eius monumenta testantur. Floruit sub Traiano, Adriano, & Antonio Pio Caesaribus. Tanta in orbe perlustrando eius fuit solertia plus quam Herculeae gloria, ut terrarum orbem sine bello inuadens, sub regulam quandam censeret coegerit, & nobis fruentum descriptum tradiderit. Nec id solum praestitit, sed caelestia terrestribus coniunxit, eorum mensuras in unum coegit. Fuit Strabone, Plinio, & Pomponio Mela posterior, sed qui illos & priores omnes in Geographico artificio facile superavit. Quod ad nos attinet, vires omnes ac nervos intendimus, in corruptis emendandis, & reclusis explicandis. Periculosus utraq; parte labor, nec alicui haec attentatus: sed pius, & qui veniam nobis impetret, sicubi locorum lectori non fecerimus satis. Illud ne tacuerim: Ex alijs codicibus cum Graecis tum Latinis, aliorumq; autorum assidua lectione, locos ad multa milia nos restituisse. quorum centurias aliquot referre operae precium foret, ut specimen aliquod gustaturis praeretur. sed unius Narbonensis Galliae exempla sat erunt. Libro. ij. capi. 10. tabula. 1. Europe, Chetirae civitas prius legebatur, cum ex Graeco codice Betirae fuerit legendum, quae est Biterrensis civitas, vulgo dicta Besiers: Stephanus etiam Betarram nominat, Mela Plinius & Strabo Bliteram. Fossae marinae ibidem legebatur, cum Fossas Marianas à Mario Ro. consule dictas scriptores omnes testentur, quas nunc Aquas mortuas uocamus. Item flumen Sicarus in altero exemplari legebatur, in altero Tisara, cum neutro modo fuerit legendum, sed Hisara, siue Graecum exemplar, siue aliorum scripta, & maxime Caesaris commentarios quis inspiciat. ad stipulatur etiam hodiernum nomen quod idem fluvius vulgo retinet. Nec illos taceam qui pro Arari fluuio ibidem scripserant Anar, & pro Dubi Buden, Cepero pro Cessero, Lozuenniorum pro Auenniorum colonia, Sempos populos pro Sentijs, quos hodie Dignenses. Omissa quoq; Cabelliorum colonia duas Massilias fecere, alteram Graecam, alteram non Graecam. Orobius insuper scribitur ibi fluuius, qui Obris ceteris dicitur. Emendassimus etiam, si licuisset, Tolosae situm, qui ad Garumnae, non Illeris fluuij ripam consistit. Longitudinum & latitudinum numeros quos emendauimus, ne cui sim morosus, hic subicebo, cum ij satis legenti & conferenti patuerint. Nec in ea re à Ptolemei mente discessimus, sed tantum iuxta priores typos librariorum restitimus errata. Libro octauo qui supra alios, si Bilibaldo & Erasmo credimus, castigatione desiderabat, adnotatiunculam adiecimus, quae etiam si totus ille liber periret, facile quisq; uel mediocriter in Mathematicis peritus, non solum in urbibus à Ptolemaeo ibi descriptis, sed in alijs quibuscunq; maiorum dierum quantitates, & ab Alexandria distantias metiri queat. Illud item sciendum, situs ordinem aliquando praeposterum, nec eundem esse in Ptolemei traditione & nostra interpretatione, parumper ab ipso commissa transpositione locorum. Ut inter Nemetos & Vangiones Germanos hodie populos in tabula Belgicae Galliae commemoratos: & inter Liburnum portum & Populoniū promontorium siue Populonia urbem in Tyrreno Italiae pelago. Nos enim uera nomina in margine reddidimus, sed ipse priores posuit, qui eo quo ipse procedebat ordine posteriores esse debuere. Eodem littore inter Telamonem Hossam & Cossas transpositio est. Idem commissum in Alpium montium nominibus, quod Andreas Alciatus in Tacitū annotauit. In Liguria maritimis Iacobus Braccellus ordinem à Ptolemaeo alium nos docuit. Sed haec de ijs quae corrupte legebantur. Scholia deinceps adiecimus, quod lectio esset dilucidior suauior & planior, quae quantum adiumenti lectori sint allatura, eorum esto iudicium, qui lectionis usu experimentū fecerint. In euoluendis sane cum Graecorum tum Latinorum poematibus, historijs, & alijs scriptis: quum de regionibus, ciuitatibus, montibus, & fluminibus, quod per sepe fit, sermo incidit: si se tunc ad nostri Ptolemei lectionem quis desinat: urbium nomina cum praecipuis & poetarum nominibus coniuncta, & ad nostri temporis sermonem coaptata, iucunditatis nonnihil proculdubio lectori sunt allatura: cum nuda Ptolemei lectio parū uenusta haecenus uisa sit. Et quod magis tyronum animos ad hanc lectionem intenderemus, materna lingua tanquam faciliore plurima urbium uocabula explicauimus: ut cum Gallis Gallicè, cum Germanis Germanicè, cum Italis Italicè, cum Hispanis Hispanicè loqui uideremur: quorum omnium regiones uidiuimus, & linguas utcumq; nouimus. In reddendis sermoni uernaculo urbium nominibus, scriptorum autoritate, propria experientia, certissimis coniecturis, quoad eius fieri potuit sumus connixi. Ceterum plurimas earum quae à Ptolemaeo sunt descriptae, cum sint excisae, nos silentio praeteriimus. Ast ubi desolatari eodem aut proximo loco urbes aliae successere, nouam structam loco scriptae destructae subrogauimus: in margine quidem, nam ipsum Ptolemei scriptum inuiolatum esse uolumus. Quam nostram operam ad prouinciarum orbis notitiam, & praesentium cum praeteritis collationem, quae suauis est exercitatio, maxime facere, nemo, ni fallor, inficias iturus est: nisi Zoilus quispiam sit frontis perfrectae, qui aliorum sudores nequeat sine liuore dimetiri. Quisquis uero sis candidus lector, nostras spero uigilias acceptas probatasq; seres. Vale.

# AMPLISSIMO PRINCIPI

AC REVERENDISSIMO DOMINO

Sebastiano episcopo Brixinensi, Bilibaldus

Pirckeymherus S.D.



**S**II QUI ANTE NOS, Princeps amplissime, Ptolemæi Geographiæ manus adhibere, ita suscepto usi fuissent officio, ut nil omissum uideri posset, quod ad tam clarissimi scriptoris mentem explicandam necessarium foret, planè superuacuis hic meus esset conatus, utpotè qui nil aliud, quàm rem iam antea actã, iterum agere moliretur. Verum quum manifestius liqueat, quàm negari possit, ex translationibus prioribus, uix umbram quandã Ptolemæicæ uenustatis & eruditionis ad Latinas peruenisse aures, operæ precium non defuturum existimaui, si & ego periculum facerem, num forsitan ceptum felicius mihi quàm prioribus succederet interpretibus. Etenim cum duo (quantum scio) extiterint, qui librum hunc uertere sunt ausi, Iacobus nempe Angelus Florentinus, & Ioannes Berrenherus conterraneus noster: Italus tamen, licet græca aliquatulum calluisse uideri possit, disciplinam tamen Mathematicas ita ignorauit, ut plerumque nec semetipsum intellexerit. Germanus uerò, tametsi in Mathesi admodum excelluerit, in græcis tamen adeo aliquando hallucinatus est, ut rebus potius caliginem obfuderit, quàm luminis aliquid attulerit. Ego uerò, quous de eruditione mea, tam græca quàm Mathematica, non admodum gloriari possim aut debeam, nullius tamè uiri boni ac docti iudicium in hac mea translatione formido, cum astipulante ueritate affirmare ausim, illam & prioribus dilucidiorē, & magis ad Ptolemæi accedere mentem. Cæterum cum nihil in rebus humanis adeo perfectum & absolutum existat, ut omni careat menda, ac reprehensione, nec me lateat praecipue in hoc opere ita deprauata esse, ut haud quaquàm unico restitui possint momento: unumquodque sincerum, & in Mathematicis eruditum ac exercitatum, (nam alias manum ne admoueat) hortor & obsecro uirum, ut si quid uel ob exemplariorum uitium, seu interpretis incuriam, aut scriptoris oscitationem, auctoris mentis parum respondeat, rationibus uel quadret mathematicis, candidè illud emendet, ac benignè corrigat. Etenim palam cernere est, non solum græca, sed & latina, ex diametro ferè inter se discrepare exemplaria, praecipue uerò in computatione numerorum, ubi ego fidem meam haud quaquàm interpono, quum toties uitiant, quoties ab indiligenti describuntur notario, nec mirum, cum græca plura elementa eam inuicem referant similitudinem, ut plerumque aliud pro alio substituatur, ac ideo ubi ternarius aliquando numerus legi deberet, ibi senarius aut sextantem adnotatum inuenies, & econuerso. Quin si ob scriptoris negligentiam, nulla nota addita fuerit, iam pro tertijs duabus, unicam solum intelliges. Talia itaque cum multa passim occurrant, peculiariter tamè in libro octauo locum sibi uendicauerunt, ibi enim plusquam in quadringentis locis, non diei longitudo, non locorum à meridiano Alexandrino distantia, non solis transitus uerticis, cum ueritate conueniebat, adeo, ut impossibile mihi fuisset, tot reparare mendas, nisi omnino reiectis exemplaribus, ad ueras & mathematicas confugissem rationes. Nec mirum si ob numerorum inuersionem tot errores in perperas irrepsere literas, quum nec sacra remanserint incotaminata. Quod enim apud Marcum legitur Euangelistam, Saluatorem nostrum hora tertia affixum cruci fuisse, apud tres uerò reliquos hora sexta, ob nullam aliam accidit causam, quàm quod sub initium scriptor parum diligens pro nota .s. interposuerit, quod cum in tanta numerorum contingerit uarietate, quid de librorum illorum censendum erit certitudine: ubi cuncta non nisi numeris transiguntur. Porro quantum temporis & laboris, in sola armillari cum orbe sphaera mihi insumptum sit, nemo nouit nisi qui & ipse in similibus periculum fecit, ibi enim non solum numeri, sed & literarum notae, linearum deductiones, omnia denique adeo deprauata ac inuersa erant, ut penitus inter se dissiderent ac pugnarent, planeque coniectore aliquo iudigerent. Verum ni fallor, ita restituta sunt singula, ut non minus auctoris mentis, quàm rationibus quadrent mathematicis. Sanè nec hoc silentio praetereundum, quod cuncta tam græca quàm latina, quae mihi obtigere exemplaria, non nihil in distantia parallelorum à circulo uariant æquinoctiali. Cæterum ego eum secutus sum numerum, qui *ως αὐτῶν ἡ ἀριθμητικῶν ἐπιπέδων ἐπιπέδων* (ut Ptolemæi uerbis utar) uerior existit: licet si quis nos imitatus per mathematicas demonstrationes, aut rationes calculi, parallelorum nostro tempore distantiam à maxima solis declinatione, quae partium. 23. scrupulorumque. 29. esse censetur, sumere uelit, non paruam à prisca illa, quae Ptolemæi ætate partium fuit. 23. scrupulorum uerò. 30. uarietatem deprehendet, ob Eclipticæ forsitan octauum circuli motum. Hæc ideo retuli, ut Geographiæ studio cogitandi & inquirendi occasionem suggererem, qui etiam ex Ptolemæi institutione, loca, quae nostro æuo exactiori cura & diligentia obseruata sunt, industria sua emendare curabunt, id si fiet, breui Ptolemæi nostri maiestatem ad pristinum suum nitorem restitutum iri confido. Ego quidem, si Deus permiserit, nouas aliquando tabulas ædere constitui, meridianis æquidistantibus,





ut Ptolemæus iubet, & haud quaquā inclinatis, quò longitudo rectè ex utraq; tabulæ extremitate, cum latitudine, conueniat: conseruabitur & cetera parallelorum ratio, non solum cum meridianis, sed in uera quoq; ab æquinoctiali distantia, ac quantitate diei, ijs locis pro fundamēto positis, quæ nostro etiam tempore diligentiori obseruatione sunt rectificata: quum haud quaquā sit obscurum, quæ non quadret hac nostra ætate, in locis plerisque maxime Danubianis, Ptolemæi consideratio: tametsi non desit, quod illum possit, & ab errore & negligentia excusare: quæ si aliter superis uisum fuerit, non deerunt tamen, qui his nostris insistentes uestigijs, ea quæ inuida nobis denegarunt facta, euentu absoluent feliciori. Ea igitur Princeps colendissime, qua soles benignitate, animi potius obsequium, quæ munusculi suscipe paruitatem, ac Ioannis de Regio monte triangulorum, quos per nos me uidisti libros, necnon eiusdem Theonis contra Trapezuntium defensionem, breui expecta, ac interim feliciter uiue. Norēbergæ Kalēdis septēbris, Anno Salutis nostræ, M. D. XXIIII.

# PRIMO LIBRO

H A E C C O N T I

nentur.

- |   |  |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1 In quo differat Geographia à Chorographia.</li> <li>2 Quænam sint ad Geographiam præsupponenda.</li> <li>3 Qualiter ab stadiorum numero alicuius distantia rectæ (licet nõ sub eodem fuerit meridiano) ambitus huius stadiorum numeri sumantur &amp; econtra.</li> <li>4 Quòd ea quæ ex apparentibus obseruata sunt præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta sunt historia.</li> <li>5 Quòd historijs nouissimis magis sit adhaerendum, propter mutationes, quæ per tempora accidunt in terra.</li> <li>6 De Geographica Marini enarratione.</li> <li>7 Rectificatio distantia latitudinis terræ cognita ex apparentibus, secundum Marinum.</li> <li>8 Eadem rectificatio ab emensione itinerum.</li> <li>9 Eadem rectificatio à nauigationibus factis.</li> <li>10 Quòd non oporteat Aethiopes supponere meridionaliores, quæ sit parallelus oppositus per Meroem.</li> <li>11 De ijs, quæ ad longitudinem orbis non rectè à Marino sunt excogitata.</li> <li>12 Emendatio longitudinis terræ cognita à</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>peragationibus.</li> <li>13 Eadem emendatio à nauigationibus.</li> <li>14 De nauigatione à Chersoneso aurea ad Cattigara.</li> <li>15 De ijs, quæ in particulari expositione Marini dissentiant.</li> <li>16 Quòd eum latuere quædam in prouinciarum terminationibus.</li> <li>17 In quibus ipse dissentit ab ijs, quæ nostro quo historijs sunt prodita.</li> <li>18 Quàm sint inutiles Marini cõpositiones ad designationem orbis.</li> <li>19 De cõmoditate enarrationis nostræ ad designationem orbis.</li> <li>20 De mensuratione incõcinna Tabulæ Geographicae, à Marino compositæ.</li> <li>21 Quænam obseruanda sint in designatione fienda in plano.</li> <li>22 Qualiter oporteat orbem in sphaera describere.</li> <li>23 Expositio meridianorum &amp; parallelorum, qui descriptioni sunt apponendi.</li> <li>24 Modus per quem orbis in plano ita describi possit, ut cõmensuratione similis sit positioni sphaericæ.</li> </ol> |
|---|--|

CLAVDII

CLAVDII PTOLEMAEI

ALEXANDRINI, GEOGRAPHICAE  
ENARRATIONIS,

LIBER I.

IN QVO differat Geographia à Chorographia.

CAPVT I.

Imitatio, non quide perfecta est pictura, ut in Chorographia, sed ptenues lineas et exiles pñstos, quibus loca significemus.

Tria inter Geographiã et Chorographiã discrimina. Primũ, Chorographus singulas partes diuisim, etiã minutissimas, Geographus continuum describit.

\* Agros scilicet, edificia, turres, et moenia, quæ Chorographi depingunt.

# Id est, in Chorographia non seruat proportionem quãtatis totius ad partes.

Secũda differẽtia, locorum accidẽtia à solis Chorographis considerari.



**G**E O G R A  
phia imitatio est picture totius partem terræ cognita, cũ ijs, quæ sibi quasi uniuersaliter sunt annexa. Differt autẽ à Chorographia, nã illa per partes loca refecat, seorsumq; singula & unũquodque iuxta se cõstituit, ac ferme omnia etiã minutissima illa quæ deprehendere possumus describit, ueluti portus, uicos, populos, necnon à primoribus fluminibus diuertigia, & his similia. Geographiã autẽ ppiũ est, unã & cõtinuã terrã cognita ostẽdere, quemadmodũ se habeat natura & positione, eaq; solum in omnino deprehensibilioribus uersatur descriptionibus, ueluti sinuum, & ciuitatum magnarum, gentium quoque, & fluuiorum, necnon circa ea, quæ secundum speciem uniuscuiusque sunt insigniora. Porro finis Chorographicus connexionem particulari cõtinetur, ueluti si quis aurem tantum aut oculum imitetur. Geographicus autem cõtemplatione totius, proportionaliter ijs, qui in regnum caput describunt. Quum enim omnibus, quæ supponuntur imaginibus, præcipuæ partes necessario atque in primis adaptentur, ac etiam quæ picturas excepturæ sunt, distantijs, sufficienti remotione oculorum cõmensurata esse debeant, siue perfectum sit quod pingitur, siue particulare, quo cuncta sensibilibus percipi ualeant: rationabiliter simul & utiliter sequutum est, ut Chorographiã minutissimæ proprietates, Geographiã autẽ regiones ipsæ cũ ijs quæ uniuersaliter eis adiacent, attribuantur. Quoniam & primariæ orbis partes, regionum nempe situs, tã magnitudine q; mensuratione recte sunt coordinatæ. At inter has ipsas ut sese habeat, quãplurimæ sunt # differentia.

Versatur autem Chorographia ut plurimum circa quale magis disponendum, quàm circa quantum: siquidem ubique qualitatis curam gerit, at non ita commensurationis positionum. Geographia autem circa quantum ma-

gis, q; circa quale: quandoquidem in omnibus diligentem proportionis distantiarum rationem habet: similitudinis uerò usque ad maximarum partium circumscriptiones, & iuxta figuram ipsam tantum. Vnde illa quidem locorum eget pictura, nemoq; eam recte exercebit, nisi uir pingendi gnarus: hæc uerò nequaquam, nam per lineas etiam tenues ac denotationes tantum, positiones & uniuersi figuratio nes ostendere potest. Quapropter illa quidem haudquaquã mathematico indiget instituto, hic uerò pars ea præcipuè requiritur. Considerare enim oportet, & totius terræ figurã ac magnitudinem, necnon situm eius ad cœlum, quod cognita ipsius pars, quanta sit, & qualis, recenseri possit, insuper & loca eius singula, sub quibus cœlestis sphaeræ sita sint parallelis, ex quibus & noctiũ & dieũ magnitudines, & quæ nam stellæ fixæ uerticales fiant: & quæ super terram, quæ que sub terra ferantur semper: ac omnia quæ de habitationis ratione connectimus, percipi possunt. Quæ cuncta sublimissimæ ac pulcherrimæ sunt speculationis, quum humanis deprehensionibus, per Mathematicas rationes ostendi possit, quo pacto cœlũ ipsum natura se habeat, quoniã nobis magna ex parte conspicuum esse potest. Terra autẽ per imaginem, quia licet certa sit & maxima, nõ tamẽ nos circũambit, neq; tota simul, neq; particulatim ab eisde hominibus peragrari potest.

Tertia, singulorum locorum pictores esse Chorographos.

QVAENAM sint ad Geographiam presupponenda.

CAPVT II.



**Q**uis igitur finis sit eius, q; Geographiã exercere uelit, ac i quo differat à Chorographia, per hæc quasi summatim sit notatũ. Cũ uerò in præsentiarum sit propositum, nostræ habitabilis describere orbem, ut quàm maxime cum ueritate congruat, necessarium arbitramur præmittere, peregrinationis historiã esse, quæ notitiã præstet ad institutionem talem, utpotè quæ plurimũ afferat cognitionis, ex traditione eorum qui præditi scientia speculatiua, regiones particulatim peragrarunt: quod que

Præcipuum huius rei antecedens ex peregrinationibus sumptum.

Eclipsium, poli elevationum, & lineae meridiane p instrumenta obseruatio praecedit, deinde geometrica ratiocinatio sequitur: quibus longè incertior est itineraria stadiorū mensura.

consideratio ac traditio hęc partim sit geometrica, partim uerò superiorū cōstet obseruatio ne. Siquidē ad Geometriam spectat, quòd per subtiles distantiarū dimēiones locorum inter sese positiones reddantur manifestae: ad obseruationem autem superiorū, q̄ idem fiat per apparentia, ex instrumentis, quibus astra & umbræ obseruantur, quod & perfectius est & certius, alterum autē difficilius, ac illius indigens ope. Primum enim quum necessarium existat, ut supponatur, secundum utrumq̄ modum, ad quānam mundi positionem, duorum locorum inquisitorum distantia uergat, (non enim simpliciter, aut solum hoc scire oportet, quantum locus unus distet ab alio, sed quonam uersus, hoc est, ut dicere sciamus, num ad septentrionem, aut ortum, siue ad partiores eorum inclinationes tendat) impossibile est, exacte hoc cōsiderare, absq̄ obseruatione, quæ per prædicta fit instrumenta, per quæ in omni loco ac tempore facile, & lineæ meridiane positio ostenditur, & per ipsam ignotē locorū distantia. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionem, quæ per numerum fit stadiorum, haud quaquā certam nobis iuxta ueritatem præbere deprehensionem: quoniam raro in uias rectas incidere contingit, propter circuitus uarios, qui & euntibus & nauigantibus occurrere solent: & quia necesse est, ad rectitudinē inueniēdam, id, quod in uis, tam ex qualitatibus, quàm ex quantitatibus redundat, coniecturando tantum, ab integris subtrahere stadijs. In nauigationibus autē uentorū flatus, qui ut plurimum uires easdem haud seruant, ad dijudicandum penitus norma carent. Insuper licet distantia quædā inter duo loca emensa exacte cognita fuerit, non ideo tamen ratio ipsius ad totius terræ ambitum, nec positio, utrum ad æquinoctialē seu polos tendat, patebit. Dimensio uerò, quæ sit per coeli apparentia, certam de singulis his cognitionem affert, ostenditq̄ qualesnam circumferentias inuicem per loca subiecta descripti intercipient circuli, paralleliq̄, & meridiani: hoc est, paralleli circumferentias, quæ incidunt inter ipsos & æquinoctialem, meridianorum: illi autem eas, quæ cōtinentur ab ipsis, & æquinoctialis, & parallelorum: ac etiam qualem circumferentiā duo intercipient loca, circuli illius, qui in terra maximus scribitur. Nihil deniq̄ stadiorū indiget dinumeratione, siue ad rationē earum partiu, quæ à terra sunt, siue ad descriptionis circuitū uniuersum: sufficit enim supponere ambitum telluris in partes quotquot uoluerimus, per totidemq̄ partes ostendere distantias in circulis maximis, super telluris superficie descriptis. Sed forsitan ad diuidendum nostris dimensio-

Prima est differētia latitudinis, secunda longitudinis, tertia locorū uera distantia, quasi laterum quadrati diameter.

nibus totum ambitum, aut partes illius in subiecta ac nota interualla hęc minus sufficient. Ideo huius rei gratia solum, necesse fuit uiam quandam rectam adaptare circumferentiæ, quæ iuxta continentiam similis esset maximo circulo, ac rationem huius sumere ad circulum qui fit ex apparentibus: stadiorū uerò numerū, qui sub ipsa continetur, ex dimensione quæ fit à parte data, sicq̄ multitudinem stadiorum totius ambitus demonstrare. Cum enim ex mathematicis præsupponatur, continuam & terræ & maris superficiē, quasi per totas partes esse rotundam, & idem centrum habere cū sphaera coelestium: sequitur etiam singulas ipsius incisiones communes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emittuntur superficiebus, maximos in semetipsis facere circulos, angulosq̄ in ipso plano ad centrum conclusos, similes circulorum interciperi portiones, distantiarum earum, quæ in terra sunt. Ac ideo quantitatem stadiorum, ubi directæ fuerint, ex dimensionibus accipi posse rationem uerò quæ ad totum est ambitum ex ipsis quidem nullatenus, propter defectum pertingentiæ parabolæ. A simili autem circumferentiâ circuli coelestis, recte sumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitū deprehendi potest, eadem autem fit & à simili parte circa terrā, ad circulū in ea maximū.

QUALITER A STADIORVM NUMERO alicuius distantia rectæ, licet non sub eodem sit meridiano, ambitus huius stadiorum numeri accipiantur & econtra.

### CAPVT III.



Vi ante nos fuerunt, \* non solum rectam aliquam distantia in terra inquirebant, ubi maximi circuli facit circumferentiā, sed eam quoq̄, quæ positionem in unius meridiani plano haberet: per Sciotherosq̄ obseruabant signa duo, quæ super uerticem erant distantia, iuxta circumferentiā, quæ ibi sub ipsis intercipiebatur meridianis, quæ similis esset itinere: quumq̄ hęc singulatim, ut diximus, in plano constituebantur, lineæ rectæ, quæ per extremitates ad signa, quæ super uerticem erant, egrediebantur, inter se concurrebant, quia centrum circulorum, cōmune erat coincidentiq̄ signum. Quanta igitur apparebat circumferentiā, quæ inter signa erat uerticalia, ac pars esset circuli, qui per polos scribitur, tantam etiam supponebant in terra distantia # ambitus totius. Vnde si etiam non per polos circulum secundum dimensam sumpserimus distantiam, sed à quolibet maximorum, propositum ostendi potest. Idem nobis patebit, si per instrumentum, quo sublimiora

Id est, si terram super centro secet planum, communis sectio sphaerica superficie telluris et eiusdē plani sequātis maximus erit in terra mariq̄, circulus.

\* Ad inquirenda scilicet stadiorū ambitus terræ multitudinem.

Verticalia duo signa siue puncta in eodem meridiano tantum eius arcum intercipiebāt, quanta erat itineraria distantia inter duo loca illis supposita.

Concurrerāt in centro mundi.

# Quæ scilicet tanta pars esset ambitus terræ totius.

sublimiora considerantur, eleuationes poli in terminis fuerint obseruatae, necnon positione animaduersa, quam distantia ad alium habet meridianum. Per quod etiam Meteoroscopiū multa alia utilissima facile deprehendere possimus. Sed & quolibet die & nocte iuxta obseruationis locum eleuationem poli Borealis omnique hora situm meridionalem, necnon habitudines declinationum & ad ipsum, hoc est quales faciat angulos per uiam descriptus circulus maximus cū meridiano, ad signū quod est super uerticem: per quos similiter quæsitā circumferentiam ex ipso ostendimus Meteoroscopiō: & eam quoque, quæ inter duos interceptitur meridianos, quum alij fuerint quàm æquinoctialis paralleli. Ita ut p̄ talem modum si solum distātia una recta in terra fuerit dimēsa, totus etiam numerus stadiorum, quos ambitus continet, inueniri possit. Per hæc inde reliquum, necnon aliorum itinerum interualla, etiam sine dimensione cognoscuntur, licet nō penitus fuerint recta, neque sub eodem meridiano aut parallelo cōstitutata dummodo id quod ad omnem inclinationem proprium est, diligenter accipiatur, pariter & terminorum eleuationes obseruentur. Rursus etiam per rationem circumferentiæ, quæ distantiam extendit ad circulum maximū, stadiorum quoque multitudo à deprehenso totius terræ ambitu facile considerari potest.

QVOD EA QVAE EX APPARENTI  
bus obseruata sunt, præferri debeant ijs, quæ  
ex peregrinationis cōperta sunt  
historia

CAPVT III.



**L**GITVR, quum hæc ita se habeant, si ij, qui particulatim regiones peragrarunt, talibus quibusdam obseruatiōibus usi fuissent, certam penitus orbis descriptionē facere potuissent. Verum quum solus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (respectu tantę multitudinis, quā in Geographia designare necesse est) eleuationes poli Borealis tradiderit, easque eidem subiectas parallelo. Quidam uerò cum illis pariter loca quædam opposita, non quæ æqualiter ab æquinoctiali distarēt, sed quæ planē sub eodem essent meridiano, ex eo quod mutuae eorum nauigationes secundæ ad arcum uel notum tenderent. Distantiæ uerò quę plurimæ, & præcipuè illæ, quę ad ortum uel occasum uerunt, imperfectiorem assequutæ sunt traditionem: non incuria eorum, qui historias cōdiderunt, sed ideo forsità, quia cōsiderationes Mathematicales nondum exactè erant perceptæ,

nec adhuc multæ defectiones Lunares eodem tempore, in locis diuersis obseruatae fuerant. Nā literis mandatū est Eclipsim eam, quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuisse secunda. Ex quibus manifestū redditur, quot temporibus & æquinoctialibus inter se loca distēt, ad ortū uel occasum. Rationabile quoque erit, & his consequens, eum qui Cosmographiam tractare uelit, ea loca, quæ per diligentes obseruationes deprehensa sunt, designationi suæ tanque fundamēta quædam præsupponere, quæ uerò ab alijs tradita sunt, his adaptare, quousque positiones eorum inuicem, cum ijs, quæ prius fuerunt obseruata tanque traditionibus certiora, potissimum congruant.

QVOD HISTORIIS NOVISSIMIS  
magis sit adherendum, propter mutationes,  
quæ per tempora accidunt in terra

CAPVT V.



**L**GITVR descriptiōis aggressio, tali forsitan cōtinet proposito: uerū quū in omnibus locis, quæ non penitus uel ppter magnitudinis excessum, uel quia nō semper eodē se habeāt modo, deprehensa sunt, semper unumquodque tēpus historiā, tanque certiorē præferre solet: ita etiā in Geographia accidit. Cōstat enim per ipsas tēporū traditiones, multas partes cōtinentis terræ, quæ à nobis habitant, nōdum ppter difficilē magnitudinis peragratiōem ad notitiā peruenisse. Quasdam uerò nō tales ac fertur esse, eorum culpa qui historias exceperūt fabulosissimas. Nō nullas autē nunc longe aliter quę olim habere, uel ppter particulares earū deuastationes, uel etiam immutationes, Vnde necesse est, ut ibi nouissimis tēporis nostri traditiōibus, penitus quasi adhæreamus, obseruantes obiter & historiæ antiquæ expositionem, necnon prædictorum dijudicationem, ut liquere possit, quid si de dignum, quid tue sit erroneum.

DE GEOGRAPHICA MARINI  
enarratione

CAPVT VI.



**M**ARINVS itaque Tyrius, nouissimus eorum qui nostro fuerunt tempore, parti huic summo studio incubuisse uidetur. Patet enim plurimas eum historias euoluisse, ultra eas etiam quæ prioribus cognitæ fuerant temporibus

\* Id est, quantum tu ab ipso meridiano declinaueris, quantum uiam agas.

Meteoroscopium istud, parū aut nihil ab armilla differre censet Io. de monte regio, Vernerus autem aliter sentit.

\* Id est, quot longitudinis gradibus erat namque ibi. 45. gradus, quorum gradeni in æquinoctiali horam faciunt: et tēpora ideo dicuntur, quia per eos tēpora mēsurantur.

Tēpus est omnis generis sapientiam & matrem rerum experientiam secū adferat, in Geographica tamen historia peculiarem rationem habet.

ac scripta ferè omniū qui eum præcessere, diligentiſſimè percepisse. Quoniã ea que minus decenter, tam à priscis illis, quàm à semetipſo credita fuerant, decenti primum rectificatione exornauit: quemadmodum ex editionibus ipsius emendatiōis tabule Geographicæ (nam plures sunt) considerare licet. Proinde, si cerneremus, nihil in ultima sua deesse cōpositione, possemusq; ex solis monumentis illis, orbis designationem perficere, nullum ulterius in hac re laborem susciperemus: uerum cum manifestè liqueat, quædam eum cum minus fide digna perceptione collegisse, sepius præterea in descriptionis institutiōe, nec facilitatis, neq; de dimensionibus debitam curã habuisse: iuste moti sumus, ut uiri huius negocium susceptū, quantum opere precium arbitramur, ad rationabiliorem, & utiliorem reduceremus modū. Quod quidem cōsuccinctius possumus, facere conabimur, cōsiderātes, breuibus nos ea, que ad utramq; speciem conferunt, ratione quadam consequi posse. Ac primum quidem ab historia initium faciemus, secundum quam existimat ipse, & longitudinem terræ cognitæ plus ad orientem, latitudinem uerò ad meridiem produci oportere. Deinde forsitan non inepte totius superficiē distantiam, ab ortu occasum usq; longitudinem, eam uerò quæ est ab arcto, meridiem uersus, latitudinem uocabimus. Quoniam & parallelōs, iuxta motum cœlestem, eodem appellabimus nomine. Sed & uniuersaliter quidem distantie maiori, rectè longitudo est attribuēda: siquidem planè hoc ab omnibus concessum est, quòd orbis terrarum distantia, ab ortu uersus occasum, longè maior existit, quàm ea que à septentrione est ad meridiem.

RECTIFICATIO DISTANTIAE LATITUDINIS TERRÆ COGNITÆ, EX APPARENTIBUS SECUNDUM MARINUM.

### CAPVT. VII.



**P**RIMUM igitur latitudinis terminū præsupponit ipse Thylē, sub parallelō, qui borealissimam terræ nobis cognitæ partem segregat. Parallelum uerò hunc demonstrat ab æquinoctiali distare ad summum partibus. 63. qualium est circulus meridianus trecentarum sexaginta: stadijs uerò milibus triginta, ac insuper mille quingentis, ita, ut pars una quingenta fermè comprehendat stadia. Deinde Aethiopum regionem quæ uocatur Agisymba, & Prassium promōtorium sub eo

ponit parallelō, qui australissimum terræ cognitæ finit terminum, quem etiam sub hyberno ponit tropico: ita ut secundū ipsum, tota orbis latitudo, iuncto tropico hyberno partium fiat octuaginta septem, stadia uerò compleat quadraginta & tria millia quingenta. Quinetiã rationabiliter finē australis demonstrare conatur, per apparentia quædam, ut ipse putat, necnon per itinera, que & terra & mari historijs sunt prodita: que singula quasi ex trāscursu consideranda erunt. Sanè in enumeratione apparentium, cōpositione sua tertia, ita ait: Zodiacus in zona torrida totus super ipsam apparet, quapropter in ea trāsmutatur umbræ ac omnia astra occidunt & oriuntur. Sola autē Vrsa minor tota supra terram apparere incipit, in borealioribus Ocele, stadijs quinque milibus quingentis. Parallelus enim per Ocele partibus eleuatur undecim ac quinta duplici. Ab Hiparcho autē traditur, minoris Vrsæ stellam borealissimā, ultimā autem caudæ, à polo distare partibus duodecim, quintisque duabus. Porro ijs, inquit, qui ab æquinoctiali ad æstiuū progrediuntur tropicū, polus borealis semper plus supra horizontem attollitur, australis uerò plus sub horizonte deprimit. Qui uerò ab æquinoctiali ad brumalē pergunt tropicū, ijs polus australis supra horizontē eleuat, borealis uerò sub horizonte mergitur. Igitur per hæc solum exponit quæ accidere debent locis, que sub æquinoctiali sunt, uel inter tropicos posita. Atqui, si etiã ita se habeat historia, apparentia tamē in locis, æquinoctiali australioribus, nequaquam apposit, ueluti quænam stelle super uerticē fiant, in locis illis, que æquinoctiali sunt australiora, aut quantū ad austrum declinent umbræ meridianæ in æquinoctijs, utrūue Vrsæ minoris stellæ omnes orient & occident: ac rursus quænam ex ipsis penitus non appareant, quum polus australis supra horizontē eleuatur. In ceteris inde dicit, quædam obseruata esse apparentia, uerū nec illa propositū ullo pacto ostendere possunt. Ait enim eos, qui ex India in Lymyricem nauigāt (quemadmodum narrat Diodorus Samius in tertio) Taurum in medio habere cœlo, Pliades uerò secundum antenas medias. Qui uerò ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationem dirigere ad meridiem, & stellam Canobum, que ibi Equus uocatur, estq; australissima. Ceterū astra quædam apud illos apparent, quæ apud nos ne nominantur quidē. Canisq; Anticane prior\* oritur, & Orion ante conuersiones æstiuas totus. Ex his igitur stellis apparentibus, quædam manifestè ostendunt, quænam habitationes æquinoctiali sint borealiores, ueluti Taurus & Plias

Nostra uerò ætate anno. 1535. minus distat, gradibus nimirum. 4. & minutis 9. nam ab æquatore declinationē habet graduū. 85. minorum. 51.

\*Ortus isti sunt è sol radijs egressiones, matutine. nam Marini tempestate astra hæc erant in Tauro et Geminis, ideo antequam sol Cancrū accederet, mane à radijs egressiebantur: nunc uerò secus.

Longitudinis et latitudinis definitio-nes.

Plias, quæ super uerticem fiunt, nam astra hæc æquinoctiali sunt borealiora, quædam autem nihilomagus borealioribus australiores esse demonstrant. Canobus enim apparere potest etiam ijs, qui longè æstiuo tropico sunt septentrionaliores. Multæq; stellæ, quæ semper apud nos sub terra sunt, in locis qui nobis sunt australiores, ac etiam ijs, qui æquinoctiali sunt borealiores, uelut ijs, qui circa Meroem habitant, super terram fiunt. Quæadmodum Canobus ipse, qui nobis borealioribus hic minimè apparet. Et hunc quidem meridionaliores, & nullum alium, qui nobis sit incognitus, Equum uocitant. Adhuc & ipse mathematicis rationibus deprehensum esse, Orionem totum ante conuersiones æstiuas apparere, ijs qui sub æquinoctiali habitant. At Canis oriri incipit, priusq; Procanis, ijs, qui sub æquinoctiali habitant, & ab ipsis Syenem usq; ita, ut nec horum quoq; apparentium peculiare existat, ostendere habitationes aliquas, æquinoctiali esse australiores.

Quia Canis latitudinè ab Ecliptica meridionalè habet maiorè, quàm Procanis (qui Canicula siue Canis minor dicitur) non mirum si à radijs solis prius egrediatur, & ab ijs, quorum orizon non est ad modum obliquus, diluculo prius conspicitur.

E A D E M R E C T I =  
ficatio ab emensio-  
ne itinere  
rum.

CAPVT VIII.



**P**ROINDE in itinerum emissione, dum per terram singulatum profectionum computat dies, à Lepti magna, usq; ad regionem Agisymbam, hæc æquinoctiali australiore esse stadijs quatuor milibus sexcētis octuaginta colligit. Rursumq; secundum dies nauigationis per mare, à Ptolemaide, quæ est in Troglodytica, ad Prassum promontorium, æquinoctiali id australius esse colligit, stadijs uiginti & septem milibus octingētis: ita ut & Prassum promontorium, & Agisymbam regionem, quæ Aethiopum est, & quæ, ut ipse dicit, nec dum Aethiopiā ab austro determinat, ad oppositum eorum producat, qui gelidam inhabitant zonam. Siquidem uiginti septem milia & octingenta stadia, constituit, in æquinoctiali partes quinquaginta quinque & tertias quinque, quot & ab altera æquinoctialis parte distant, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythæ degunt & Sarmatæ, qui septentrionalia Meotidis incolunt paludis. Contrahitur igitur & ipse numerus expositorum stadiorum in summam dimidio minorem, hoc est in stadia duodecim milia, quot ferme hyemalis tropicus distat ab æquinoctiali. Addit & contra-

Nō intelligas oppositos, quasi antipodas, sed quia sub oppositis parallelis, id est, ab æquinoctialis utraque parte æquidistantibus agunt: quos anthichtones uocant. Cognita absurditate Marinus ipse euasione moliebatur, stadiorum multitudinem dimi-

ditionis huius solummodo diuersiones à uis rebus, necnon irregularitates itinerum causas esse: obmissis potioribus & promptioribus, ex quibus non solum diminutio necessaria uidetur, sed etiam ut ad tam paruum redigatur numerum. Primum enim de itinere quo à Garama ad Aethiopiā itur, Septimium Flacum, ait, qui in Libya militauerat, à Garamantibus, ad Aethiopes, quum ad meridiem perrexisset, trium mensium spacio peruenisse: Iulium uero Maternum à Lepti magna, quum Garamantes ex Garama Aethiopes inuasissent, mensibus quatuor ad Agisymbam Aethiopum regionem applicuisse, quum iter semper ad meridiem direxisset, quo in loco Rhinoceros congregant. Quæ utraq; etiam per sese incredibilia sunt, & quia Aethiopes interiores, non tantum à Garamantibus segregantur, ut trimestri distent itinere. Quum iam ipsi potius Aethiopes existant, & eundem quæ & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculum est, incursionem regis contra subditos super unam distantiam solam factam fuisse, nempe à septentrione ad meridiem: quum gentes illæ, utrinque, & ad ortum & occasum latissime extendantur, ac nullibi euni moras reslatu dignas fecisse. Quapropter certum est, uisros illos falsa nunciasse, aut sic ad meridiem dixisse, quemadmodum indigenæ dicere consueverunt in Austrum, aut in Aphricum, pro certiori, eo quod magis notum est, abutentes.

diando: sed huius uanitatem refellit Ptolemaeus.

E A D E M R E C T I =  
ficatio à nauigationibus exactis.

CAPVT IX.



**P**OSTEA de nauigatione inter Aromata & Rapta, Diogenem quendam ait, qui in Indiam nauigauit, ac secundo fuerat reuersus, quum propè Aromata, nauigasset à Septentrione arreptum esse, quumq; Troglodyticam à dextra habuisset, diebus uiginti quinque ad paludes, ex quibus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorum promontorium paululum est Australius. Theophilum autem quendam ex ijs, qui in Azamā nauigare consueuerunt, à Raptis soluisse, ac Austri flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verum neuter horum, quot dierum nauigatio illa esset, aperuit, sed Theophilus se die uigesimo illac applicuisse, Diogenes uero diebus uiginti quinque Troglodyticam, præternauigasse dixit, solū referetes quatuor diebus

nauigassent, minimè autem aduertentes, quot  
 dierum nauigatio illa, propter uentorum in  
 tanto tempore irregularitatem & immutatio-  
 nem esset: neq; utrum tota nauigatio illa ad se-  
 ptentrionem, aut meridiem facta fuisset. Verù  
 Diogenes se tantum Septentrione impulsus  
 esse, Theophilus autem solum austro nauigasse  
 se retulit: reliquam autem nauigationem, q; eū-  
 dem semper tenorem seruauerit, neuter dixit.  
 Quod enim naues ille tot diebus, eodem fue-  
 rint impulsæ uento, haud quac; est credibile:  
 ac ideo distantiam eam, quam Diogenes, inter  
 Aromata & paludes, quibus Raptum pro-  
 montorium australius existit, uiginti quinque  
 emensus est diebus: Theophilus à Raptis ad  
 Aromata, longè maiorem uiginti diebus exe-  
 git. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem  
 mille esse stadia suposuit: cui rei licet ipse asti-  
 puletur, ait tamen nauigationem eam, quæ à  
 Raptis ad Prassum promontorium ac multo-  
 rum est dierum, quinque milium tantum à Dio-  
 scoro stadiorum supponi: quum facile, ut par  
 est, uenti sub æquinoctiali mutantur, ac ideo se-  
 cundum ipsum etiam solis transitus ad obli-  
 qua celeriores ponuntur. Ob hæc igitur ma-  
 gis decuisset, ut relatæ dierum multitudini, fidè  
 haud præstitisset. Et ideo etiã, qd' omniũ ma-  
 nifestissimũ est, q; Aethiopes & Rhinocerotũ  
 cõuētũ ex opposito gelidæ cõstituit zonæ, quũ  
 ratio ipsa dicat omnia, quæ sub eadem aeris  
 qualitate posita sunt esse similia, siue plãtæ sint,  
 seu animalia, imitariq; similitudines cœli, quæ  
 sub eisdem sunt parallelis, aut illis qui æquali-  
 ter ab utroq; distat polo. Quapropter Mari-  
 nus, solum usq; ad tropicum hybernũ contra-  
 xit distantiam, nulla rationabili causa de con-  
 tractionis quantitate reddita, Quod si quis &  
 dierum numerum & seriẽ acceptaret peragra-  
 tionum, quemadmodum ipse fecit, hæc; ser-  
 uaret quantitatẽ solum diurnorum stadiorum  
 præter modum & consuetudinẽ minueret, an-  
 teq; terminus ad eũ perueniret parallelum, ad  
 quem ipse uenire censet oportere. Atqui cõtra-  
 rium potius sequi deberet. Nempe ut possibi-  
 litati diurnæ peregrinationis crederetur, teno-  
 ri aut perpetuo tã iuxta equalitatẽ, q; secundũ  
 positionem, minimè fides adhiberetur, tanq;  
 impossibile existat, ut distantia inquisita per  
 hæc accipi ualeat, aut illud solum, q; ea maior  
 fiat sub æquinoctiali: uerum rectius ab aliquo  
 eorum quæ manifestius apparent, deprehendi  
 potuisset, tale enim longè fuisset certius, si quis  
 magis mathematicalius considerasset, quæ re-  
 gionibus illis accidere solent. Verum cum hi-  
 storia talia præstare nequeat, reliquum est, ut  
 à simplicioribus plenius consideretur rationa-

Venti sub æquino-  
 ctiali tenues & fa-  
 cile mutabiles, qd'  
 solis uirtus uapo-  
 res & exalationes  
 cõsumit: in frigidis  
 uerò & montuosis  
 locis ex materie  
 multitudine uehe-  
 mentiores flatus p-  
 creantur: unde cõ-  
 stat uelociorẽ esse  
 nauigationem ad  
 æquinoctialẽ, quã  
 ab æquinoctiali.

bile quantitatis ultra æquinoctialem egressio-  
 nis. At illa per formas & colores animalium,  
 quæ in locis illis sunt, percipi potest. Vnde se-  
 quitur, parallelum per Agisymbam regionẽ,  
 quæ sine cõtrouersia Aethiopum est, nequa-  
 ad hybernũ usq; pertingere tropicum, sed ci-  
 tra æquinoctialem potius terminare, nõ enim  
 apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropi-  
 co æstiuo, homines iam Aethiopum colores  
 habent, neq; Rhinocerotes sunt, aut Elephan-  
 tes, sed in haud multum illis australioribus mo-  
 dicè existunt nigri. Quemadmodum qui intra  
 Syene triginta habitant schoenis, qualesq; sũt  
 Garamantes, quos Marinus ob hanc causam,  
 nequa- sub tropico æstiuo, neq; eo borealio-  
 res, sed prorsus australiores sedes habere in-  
 quit, in locis uerò circa Meroem, iam satis co-  
 lore sunt nigri, & primum Aethiopes meri,  
 ibiq; Elephantum ac mirabiliorum animalũ  
 pascitur genus.

Sub cancri circulo  
 nondũ esse Aethio-  
 pes.

## QVOD NON OPORTEAT AETHIOPE

supponere meridionales, q;  
 sit parallelus oppositus  
 per Meroem.

CA P V T X.



**Q**VAPROPTER  
 bene habet usq; huc, idest, Ae-  
 thiopes usq; quemadmodum  
 nobis traditio historiae demon-  
 struosis, quæ in illis degũt oris  
 explicat, constatq; Agisymbã  
 regionem, & Prassum promontorium, cum ijs  
 quæ eidem subiacent parallelo, describendam  
 esse, sub eo fermè, qui ipsi opponitur per Me-  
 roem, hoc est, qui ab æquinoctiali meridiem  
 uersus distat partibus equalibus sedecim ac ter-  
 tia una cum duodecima, stadijs uerò octo mi-  
 libus ac ducentis ferè. Ita ut si tota latitudo ex-  
 actius colligatur, partes sint nouem & septua-  
 ginta tertia una cum duodecima, uel integræ  
 octuaginta, stadia uerò milia quadragita. Cre-  
 dendum præterea, distantiam eam, quæ est in-  
 ter magnam Leptim & Garamã, quemadmo-  
 dum & Flaccus & Maternus supposuerunt,  
 stadiorum esse quinque milium quadringento-  
 rum. Siquidem uiginti dies secundi sunt itine-  
 ris, plus q; primi abbreviati, tam ad meridiem  
 q; ad septentriones, quum primum propter di-  
 uersiones dierum sit triginta: nam & stadiorũ  
 numerum dierum uniuscuiusq;, eos qui loca il-  
 la paragarunt, sepissimè annotasse ferunt, nõ  
 solum

Tota terræ Ptole-  
 meo cognita lati-  
 tudo 2400 cõmu-  
 ni miliaria siue leu-  
 cas continet, ut uni  
 gradui 30. respon-  
 deant. Plinius pe-  
 nult. cap. libri secũ-  
 di 546. passũ mi-  
 lia, Strabo lib. 2. sta-  
 dia 30. milia nũerat

solum quia ita cōmodū, sed & propter æquationum distantias necessarium fuerit. Proinde quemadmodum de uis magnis & raris dubitare oportet, præcipue ubi distantia emensæ haud cōcordant, ita de non magnis, sed sepius & à multis peragratis unanimiter relatis, credere decet.

DE IIS QVÆ AD LONGITVDINEM orbis non rectè à Marinis sunt excogitata.

CAPVT XI.



**L**ONGITVDINEM ex his nobis planè factum est perspicuū, quā tū orbis latitudo extēdi possit: longitudinem uerò Marinus contineri facit sub duobus meridians, qui interualla horaria disterminant quīdecim: nobis uerò uidetur & ea quoq; distantia mensuratio plus extendi ad ortum q̄ oporteat, etenim si hic quoq; contractio facta fuerit rationabilis, tota longitudo non integris duodecim interuallis horarijs constabit: quum insulæ Fortunatæ occidentalissimo termino constituentur æquales, orientali autem immanissimæ partes Seræ, ac Sinæ, necnon Cattigaræ. Porro in distantia, quæ est ab insulis Fortunatis ad Euphratis transitum, per Hieropolim, si parallelus, qui per Rhodum est, obseruetur, quadrabit numerus stadiorum per singula loca ab ipso relatus, nam id ex frequenti itineris usu comperitum est. Quinetiam si ex maioribus ratiocinatum fuerit distantijs, apparebit, eum in rectificatione illius, quod propter diuerticula & profectioinum redundabat irregularitates, debitum assequutum esse. Sed & in hoc quoq; rectè sentit, partem unā qualium est circulus maximus tricentorum sexaginta, quingēta in terra constituere stadia, id enim confessis dimensionibus consonum existit. Circumferentiam autem ipsi similem, paralleli eius, qui per Rhodum transit, hoc est, qui ab æquinoctiali abest partibus triginta sex, quadringenta ferè comprehendere stadia nam id quod iuxta consentaneam parallelorum rationem superat, quū in exactiori deprehensione modicum existat, obmittendum est. Cæterum distantiam eam, quæ à prædicto Euphratis transitu, usq; ad turrim est lapideam, ac per ipsum esse colligitur schoenorum octingētorū septuaginta sex, stadiorum uerò uiginti & sex milium necnon ducentorum octuaginta: eam præterea quam ipse à lapidea turri, usq; ad Seras, quæ Serum

Quingenta stadia. ab Eratosthene, quem Macobrius Plinius Strabo & alij pleriq; sequuntur, septingenta deputata sunt. Sed nos cū Alphragano Ptolemæum sequimur.

Schoenus triginta stadia cōtinet, quā mensuram Herodotus Parasangem appellat. nos Parasangem

est metropolis, uia septimestris, esse, stadiorū autem triginta sex milium & ducentorū asserit: utrāq; tanq; sub eodem parallelo, secundum institutum nostrum, in debitā contrahemus rectificationē. Quandoquidem constat, eum in ambobus itineribus nequaq; minuisse id quod propter diuerticula superabūdabat: quin in secundo etiā itinere in eisdem incidisse errores, quibus & in itinere à Garamantibus usq; ad regionem Agisymbam, lapsus est. Nam & ibi quoq; collectum stadiorum numerum mēsiū quatuor, & dierum quatuordecim plus q̄ in dimidiam partem contrahere fuit coactus. Quū incredibile sit, tā longo tempore cōtinuā peregrinationē factā fuisse, ut rationabiliter spaciū septem mensium attingere potuisset: & multo magis q̄ in itinere à Garamantibus, nā illud à regionis illius Rege, cum prouidentia, ut par erat & nō fortuito paragrari potuit, sed & perpetua ibi fuit tranquillitas: uia autem quæ est à turri lapidea ad Seras usq; uehemētissimis obnoxia est tēpestatibus. Nā ex ijs, quæ ipse superponit parallelis, illis qui per Hellespontum & Byzantiū transeunt, subiecta est. Quapropter multas etiam in eundo moras accidere necesse fuit. Nam & per negotiationis occasionē cognita est. Refert enim marem quendam, qui & Titianus uocabatur, uirum Macedonē, ac patre mercatore natū, dimensionē hanc conscripsisse, licet ipse nunq; ad Seras accessisset, sed solū quosdā illac misisset. Atqui & ipse Marinus mercatorū historijs nequaq; fidē adhibere uidetur. Nā Philemonis relationi, qua lōgitudinem insulæ Hiberniæ ab ortu occasum usq; uiginti dierum esse tradidit, haud quaq; astipulatur, quoniā uidebatur hoc à mercatoribus percipisse, quos mercatura occupatos, ueritatis indagacionem haud curare ait: quin sæpius distantias arroganti quadam iactatione augere. Proinde de peregrinatione ista mēsiū septē, nil aliud memoratu dignū, q̄ quanta fuerit, ab ijs, qui illā exegerāt, relatum esse, monstro simile, ob temporis prolixitatem esse uidetur.

gam cōmunem leuam, ut uocant. 4. miliarium, siue 32. stadiorū facimus.

EMENDATIO LONGITVDINIS terræ cognite à peregrinationibus.

CAPVT XII.



**P**ROPTER hæc itaq; & quia iter non sub uno sit parallelo, sed turris lapidea posita sit circa eum, qui per Byzantiū, Seræ autem magis australes, sub eo, qui per Hellespontum scribitur, rationabile uisum fuisse, & hic quoq;



multitudinē stadiorum, quæ ex septimestri collecta est itinere, triginta sex miliū ac ducentorum, minus quæ in semissem diminuere. Cæterū in dimidiū, tantū plenioris deprehensionis gratia, tantū contrahatur, ita, ut exposita distantia esse cōputetur stadiorū decem & octo miliū, ac centum, necnon quartæ unius, partium uerò quadraginta quinq; ac quarta una. Etenim absurdū esset, & satis à ratione alienū, ut quis in utraq; uia tantam supponeret diminutionē, ac in illa ab Garamantibus, quia argumenta resisterent, hoc est, propter differentias animalium quæ per Agisymbam sunt regionem, ac loca naturalia transcendere nequeunt, ipsius sequere opinionē: in illa tamen uia, quæ est à turri lapidea, ea quæ rationi sunt consona acceptare nolet, quoniā ibi nullū tale esset argumentum, ex quo simile quid sequeretur. Sed per totā distantiam, siue ea maior existeret siue minor, si milem esse cœli qualitatem cōtenderet, ac si quis nequaquæ recte per modum philosophiæ peculiarem coniectare posset, nisi in ijs, quæ penitus manifesta essent. Proinde distantia prior, ea in quā, quæ ab Euphrate ad lapideam est turrim, octingentorum septuaginta sex schoenorū, propter uiarum diuerticula, ad octingentos schoenos tantū, stadia uerò uiginti quatuor milia cōtrahēda est. Credatur enim ei, quod in cōtinuitate illa, & per partes cōmensuratas, iāquæ peragratas, uerā assequutus sit dimensionem, quod uerò diuerticula habeat plurima, ex ijs manifestum est, quæ Marinus ipse supponit. Concedatur enim uia, quæ ab Euphratis traiectu per Hieropolim est ad Tigrim, & inde per Garameos Assyriæ, & Mediæ in Ecbatanas, et portas Caspias, per Parthiamquæ in Hecatonpylum, incidere circa parallelū, qui per Rhodū transit: nā ille secundū ipsum etiam per dictas scribitur regiones. Viam tamē, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniā ciuitatem ducit, ad septētrionem declinare necesse est, quū Hyrcaniā ciuitas, quodā modo in medio posita sit paralleli, qui per Smyrnam, & eius qui per Hellepontum est. Quapropter is qui Smyrnam transit, super ipsam Hyrcaniæ regionem scribendus est: qui uerò per Hellepontū, per partes australes maris Hyrcani, quæ parū septētrionales sunt, quæ eiusdem nominis ciuitas. Rursus uia ab hac in Margianam Antiochiā per Ariam, primo quidem ab Aria, quæ sub eodem parallelo sita est, qui per Caspias transit portas, ad meridiē declinat: inde ad Arctos, quum Antiochia illa collocata sit sub parallelo, qui per Hellepontū transit, à qua, uia quæ ad Bactra ducit, protenditur ad ortum: quæ uerò inde sequitur ad ascensum regionis montanæ Comedorum ad septē

triones. At illa, quæ per montana ipsa est, usque ad uallem, quæ campestra excipit, ad meridiem tendit. Siquidem Borealia & occidentissima montanæ regionis, ubi est ascensus, sub eo parallelo ponit, qui per Byzantium transit. Australia autem, & quæ ad ortū uergunt, sub eo qui per Hellepontum. Quapropter illam tradit reciprocam esse, ita ut modo ad ortum uergat, mox & ad austrum. Inde uiam, quæ ad turrim usque est lapideam Schoenorum quinquaginta ad arctos declinare par est. Etenim uallem, inquit, ascendentes lapidea excipit turris, à qua montes qui ad ortum tendunt, monti coniūgit Imao, qui à Palimbrotis insurgit ad Arctum. Si igitur partibus sexaginta, quæ ex uiginti quatuor milibus colliguntur stadijs, quot à turri lapidea usque ad Seras sunt, partes adiciantur quadraginta quinq; & quarta, interstitium ab Euphrate ab Seras usque per Rhodū parallelum partium erit centum quinq; & quartæ unius. Quinetiam ex ijs quæ ipse per particularem stadiorum numerum, tantū sub eodem parallelo supponit colligitur distantiam, quæ est à meridiano insularum Fortunatarū, usque ad Sacrum Hispaniæ promontorium, partium esse duarum & semis. Hinc ad Bætis ostia, & Calpem utrinque pariter partes duas & semissem: quæ uerò sequitur ab hostijs Bætis Carallim usque Sardinia, partes esse quinq; & uiginti. A Carallis autem in Lylybæum Sicilia quatuor & semissem, ac inde ad Pachynum tres, rursusquæ à Pachyno in Tenarum Laconia partes decem. Inde Rhodum octo & quartam, à Rhodo uerò ad Issum undecim cum quarta. Ab Issu autem ad Euphratem duas ac semissem, ita ut tota hæc distantia partium esse septuaginta duarum colligatur. Longitudo uerò totius terræ cognitæ à meridiano per insulas Fortunatas, usque ad Seras partium centum septuaginta septem cum quarta una.

E A D E M E M E N D A T I O  
à nauigationibus.

### C A P V T XIII.

**R**OINDE quis talem esse longitudinem etiam coniectare posset per interualla, quæ ipse in nauigatione ponit ab India, usque ad sinū Sinarū & Cattigarorū, si nauigationes secundum sinuationes & irregularitates, necnon positiones

Terræ longitudo communes leucas conficit 4336. ad mensuram paralleli per Rhodum, sed cap. 14. aliquid huic longitudini addit. Plin. 3685. mil. passuū, Strabo 70. stadiorū milia computat, quod ferè idem est.

Hoc cap. & sequenti supradicta confirmat terræ longitudinem, ex partibus quinque distantijs triginta quatuor gradibus ac quatuor quintas longitudinis hoc capite colligens.

Diluit Marinirationē, qua ipse à si mili arguebat, ostēdens esse dissimile.

Australiores eas pelagi partes quæ urbem ipsam Hyrcaniā alijs placet, sed quia discrimen est modicum, nō refert an æque australes dixeris, uide in tab. 5. Asia.

Prime distantie nauigatio.

Aufertur prima tertia propter obliquitatem itineris in sinu Gangetico, secunda propter irregularem nauigationem et uentorū inaequalitatē: dein medietas, ut transfuersalis ad Boreā lineam ad æquinoctiali parallelam directo uersus orientē reducatur: aliter non daretur longitudo terræ.

Secunde distantie nauigatio.

Tertie distantie nauigatio.

Quarte distantie nauigatio.

Quinte distantie nauigatio.

positiones cōsideraret, iuxta appropinquationē adiectionū. Etenim à promontorio, quod post Colchicū est sinum, Corycū uocatur, Argaricū sinum suscipi ait, qui usq; ad Cururam ciuitatem tria milia & quadringenta cōtineat stadia: Corymūq; Cururæ ciuitatem, quasi à Borea sitam esse. Colligitur ergo transfretationē hanc, si tertia pars iuxta consequens Gāgetici sinus fuerit subducta, duorū miliū ac triginta ferè stadiorū, unā cū cursus inaequalitate existeret: à quibus si cōtinuitatis gratia iterū ps tertia dēpta fuerit, stadia mille trecēta ac quinquaginta fermè deprehendentur, iuxta positionē ad Boream: quod spacium si ad parallelam æquinoctialis lineam, et tanq; ad Apeliotem traductum fuerit, per diminutionem medietatis congruenter intercepto angulo, distantia, quæ inter duos meridianos est habebimus, et eius quæ per Cory promontorium, et quæ per Cururam est ciuitatē: stadiorum quidē sexcentorum septuaginta quinq; partis uerò unius ferè cum tertia: ppter eā q; paralleli per loca hæc nil nota dignum à maximo differant circulo. Rursus nauigatio à Curura ciuitate, inquit, ad hybernum solis est ortū, Paluras usq; stadiorum nouem milium quadringentorum quinquaginta: à quibus si ob cursus irregularitatē tertiam illam pariter detraxerimus partem, distantiam, quæ ex cōtinuitate cōsistatur, et quasi uersus Eurum tendit, habebimus, stadiorum ferè sex milium trecētorum. Porrò si ab his quoq; sextam dempserimus partem, ut distantia ad lineam parallelam æquinoctialis redigat, meridianorum quoq; horū distantiam inueniemus, stadiorum esse quinq; miliū ducētorum quinquaginta, partium uerò decem & semis. Inde uerò sinum Gangeticū esse ponit, stadiorum decem & nouē miliū, enauigationem uerò illorum, à Paluris ad Sadā milia tredēcim, quasi ad ortum æquinoctialem. Quæ propter tertia tantum pars spacij huius, propter nauigationis irregularitatem detrahenda est, ita ut & horū meridianorum distantia esse relinquatur, stadiorum octo miliū sexcentorū septuaginta, partium uerò decē et septē cū tertia una. Reliquam, uerò nauigationem à Sada usq; ad ciuitatē Tamalā, stadiorū esse facit triū miliū ac quingentorū, quasi ad ortum hybernum: à quibus si iterum tertiam deduxerimus partem habebimus cursus cōtinui, stadia duomilia trecēta triginta: q; si ob inclinationē ad Eurū sextā etiā dempserimus partē, expositorum quoq; meridianorū inueniemus distantia, stadiorū esse mille noningētorū et quadraginta, partium uerò trium ferè necnon semis & tertiæ. Deinde transfretationem à Tamala,

ad Chersonesum auream, stadiorum esse ponit, mille sexcentorum quasi rursus ad ortū hybernum, ita ut si ibi quoq; similes auferantur partes, relinquatur distantiam meridianorum stadiorum esse noningētorum, partis uerò unius, cū quintis quatuor. Distantia autē, quæ à Cory promontorio, ad aureā usq; est Chersonesum, partiū esse colligatur triginta quatuor cum quintis quatuor.

Conclusio.

DE NAVIGATIONE A CHERSONESO aurea ad Cattigara.

CAPVT XIII.



AETERVM stadiorum numerum eius nauigationis, quæ est ab aurea Chersoneso ad Cattigara, Marinus haud explicat: refert autem Alexandrum scripsisse terram inde cōtrariam esse meridiei, & qui iuxta illam nauigant diebus uiginti applicare ad ciuitatem Zabis: à Zabis uerò nauigantes ad austrum, magisq; in læuam, diebus aliquot Cattigara excipere. Adauget igitur distantiam expositam, dies aliquot pro multis excipiens: nam propter multitudinem, inquit, eos haud esse comprehensos numero, quod ego quidem ridiculum censeo: quis enim dierum numerus infinitus erit: etiam si totius terræ peragratae ambitum contineat: aut quid prohibebat Alexandrum pro quibusdam dicere multos: quæ admodum Dioscorum retulisse, inquit, nauigationem à Raptis ad Prassum multorum esse dierum. Atqui rationabilius est, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nam talem dicendi modum reprehendere consueuimus. Verum ne & nos quoq; multitudinem aliquam propositam, ad simplices tantum coniecturas adaptare uideamur, assumamus nauigationem à Chersoneso aurea usq; ad Cattigaras ex uiginti diebus, qui ad Zabam, necnon ex alijs quibusdam qui ad Cattigara sunt compositam, quemadmodum & nauigatio illa ab Aromatis Ad Prassum promontorium, quæ & ipsa ex pari dierum numero uiginti, ad Rapta composita est secūdam Theophilum, & ex alijs multis, quæ secūdam Dioscorum sunt ad Prassum, ut et Marinum pariter imitemur, qui dies aliquot comparat multis. Postquā igitur per certas rationes, necnon ex apparentibus ipsis ostendimus Prassum esse sub parallelo, qui ab æquinoctiali abest, meridiem uersus partibus sedecim tertia una & duodecima, parallelusq; qui per Aromata transit, ab æquinoctiali uersus septētrio



nes partibus distet quatuor & quarta, ita ut si tota distātia, quæ ab Aromatis est ad Prassum, in unum contrahatur, partium uiginti & tertiarum duarū esse colligatur: forsitan non ineptè totidem ab aurea Chersoneso ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigaram. Porrò distantiam, quæ est ab Chersoneso aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniam æquinoctiali parallela existit, & quia regio intermedia meridiano extenditur contraria: at etiam distantiam, qua est à Zabis ad Cattigaram, quia nauigatio uergit ad austrum & ad ortum, contra here decet, ut positionem, quæ æquinoctiali est parallela, capiamus. Si itaq; dimidium partium, utriq; attribuamus distantiae, propter incertū eorū excessum, & à partibus, quæ à Zabis ad Cattigarā sunt decem cum una tertia, iterum tertiam partem, propter inclinationem detraxerimus, habebimus distātia quocq; ab aurea Chersoneso ad Cattigaram, positione sua, quasi æquinoctiali parallelam, partium decem et septem cum sexta quasi. At qui ostensum est, distantiam à Cory promontorio, usq; ad auream Chersonesum, partium esse triginta quatuor & quatuor quintorum: tota igitur distantia, quæ est à Cory Cattigaram usq; partium fermè quinquaginta duarum esse colligitur. Verum meridianus, qui et per Indi fluminis principia: paulò secundum Marinū occidentalior est boreali Taprobanes promontorio, quod ex opposito Cory situm est: at Taprobane distat à meridiano, qui per Bætis fluminis est ostia, horarijs interstitijs octo, partibus uerò centum uiginti, meridianus uerò illæ qui per Bætis transit ostia, ab eo qui per Fortunatas est insulas, partibus quinq; ita ut meridianus per Cory à Fortunatis distet insulis paulo plus partibus centum uiginti quinq;: qui uerò per Cattigarā ab eo, qui per Fortunatas transit insulas ad illud idē promontorium paulo plus partibus centum septuaginta septem, secundum eandem fermè distantiam partium, quæ per Rhodiensem colliguntur parallelum. Sed supponatur totam longitudinem usq; ad Sinarum metropolim, partium esse integrorum centum octuaginta, horarum uerò duodecim, quoniam omnes cōsentunt eam Cattigaris orientaliorem esse. colligentur per Rhodiensem longitudinem stadia septuaginta duo milia fermè.

DE IIS, QVAE IN PARTI  
culari expositione Marini  
dissentiant.

## CAPVT XV.



**L**GITVR distantias uniuersaliter in tantum contraximus, & longitudinis ad ortum, & latitudinis ad meridiem, propter causas expositas. Ceterum & particulariter ciuitatum positiones multoties emendatione dignas putamus, in quibus pugnantes, aut non consequentes expositiones fecit, propter compositiones diffusas & uarias, diuersis editis commentarijs, quemadmodum in ijs quæ opposita esse credidit. Nā Tarraconē ait ex opposito Iuliae Caesareae sitam esse, meridianū per hanc & montes Pyrenæos scribens, qui tamen non parum Tarracone sunt orientiores: Pachynumq; Lepti magnæ, ac Theanis Himeram opponit, distātia à Pachyno ad Himeram quasi stadiorum quadringentorum collecta: ea uerè quæ à Lepti ad Theanas est, supra mille quingentorum, quemadmodum ex ijs patet, quæ Timosthenes scribit: rursusq; Tergestum Rauennæ opponi inquit, & ab intimo sinu Adriæ, qui iuxta Tiliaemptum est fluuium Tergestum abesse uersus ortum æstiuum stadia quadringenta, Rauennam uerò ad hybernum ortum stadijs mille. Similiter Chælidonæas refert Canobo oppositas esse, Acamantacq; Papho, Paphum autē Sebennito: uerum distantia, quæ ab ipso, à Chælidonæis in Acamantam mille stadiorum, necnon quæ à Canobo in Sebennitum, à Thimosthene ducentorum nonaginta esse ponitur, si sub eisdem iaceret meridianis, longè maiore esse deberet, quoniam maioris paralleli subtendit circumferentiam. Rursus Pisam à Rauena Libonotum uersus distare ait stadijs septingentis, per diuisionem tamen climatum, necnon horariorum interuallorum, Pisam quidem in tertio interstitio horario ponit, Rauenam uerò in quarto quin & quum Nouimagium Britannia australius esse dicit miliaribus quinquaginta nouē, Borealius tamen per climata ostendit: Athum quoq; ordinans sub parallelo, qui per Hellepontum transit, Amphipolim tamen et loca circumiecta, super Athum & Strymonis ostia sita, in quarto climatē, ac infra Hellepontum ponit. Similiter quum Thracia ferè tota sub parallelo qui per Byzantium transit posita sit, uniuersas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate quod supra hunc parallelum

est, constituit. Quinetiam Trapezuntem, inquit, statuemus sub parallelo qui per Byzantium transit, Sataliaq; Armenia ostendens à Trapezunte abesse meridiem uersus, miliaribus sexaginta, secundum tamen parallelorum descriptionem, eum, qui per Byzantium transit, per Satalia, & non per Trapezuntem ducit. Sed & Nilum fluium se ueritati consonum, descripturum inquit, ex quo primum à meridie ad arctos usq; Meroem accedere uideatur, pariter & Aromatum nauigationem ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparctia perfici. Veruntamen Aromata orientiora sunt q̄ Meroe: nam & Ptolemais ferarū orientior est, q̄ Meroe & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim: Ptolemaide item orientiores existunt angustia Adulici sinus, quæ sunt iuxta Ocylem Chersonesum & Dyren, stadijs tribus milibus quingentis: illis uero adhuc orientior est magnorum Aromatum promontoriū, stadijs quinq; milibus.

QVOD EVM LATVERE  
quædam in prouinciarum  
terminationibus.

CAPVT XVI.



VINETIAM circa regionum fines quædam eum latere, quemadmodum quum totam Mysiam ab ortu, mari terminat Pontico, Thraciam uero ab occasu, Mysia superiori.

Quin & Italiam à septentrionibus solum Rhætia finit, ac Norico: sed & Pannoniam à meridie sola Dalmacia, & nō etiam Italia terminari scribit. Sogdianos prætereà mediterraneos, & Saccas, à meridie India conterminos esse: duos insuper parallelos, & eum qui per Hellepontum transit, & qui per Byzantium, suntq; Imao monte, qui in India septentrionalissimus est Borealiores, nequaquam per dictas scribit gentes sed potius illum, qui per medium Ponti transit.

IN QVIBVS IPSE DISSENTIT  
ab ijs, quæ nostro æuo historijs  
sunt prodita.

CAPVT XVII.



IN HIS igitur & talibus, minus sibi ipsi Marinus cōstitit, siue ob multitudinem & diuersitatem compositionum, siue quia nondum etiam in ultima æditione, uelut ipse dicit, ad tabulæ descriptionem peruenerit: per quam solum climatū, & horariorū interstitiorū rectificationē facere potuisset. Quædā uerò ne nunc quidē præsentibus cōueniunt relationibus, uelut Sachalitis sinus, ab occasu Syagri promontoriū ab ipso positus. Siquidem omnes planè, qui per loca hæc nauigarūt, unanimiter nobis astipulātur, ab ortu Syagri Sachalitē Arabia regionem esse, ac eiusdem nominis sinū. Rursusq; Simylla India emporiū, non solum Mareo promontorio occidentalius ab ipso positū est, sed etiam flumine Indo: quum solum fluij ostijs, meridionaliùs esse perhibeatur, etiā ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, & qui multo tempore in locis illis uersati sunt, necnō ab ijs etiā, qui illinc ad nos applicuere, uocariq; ab indigenis aiunt Timula: à quibus & alia circa India, & eius puincias, particulariùs didicimus, etiā regionis illius interiora, usq; ad aureā Chersonesum, ac inde ad Cattigarā usq;. Siquidem in hoc concordant, nauigationē eorum, qui illac tendūt ad solis eorū esse, rursusq; inde redeuntium ad occasum: pariterq; cōsentiunt, nauigationis tempus irregulare & inordinatum existere. Quodq; ultra Sinas, Serum iaceat regio, & metropolis, ac q̄ his orientior terra sit incognita, stagna habens paludosa, in quibus calami nascuntur magni, & ita cōpacti, ut homines illi, cum ijs transfretare soleant. Et q̄ nō solū inde ad Bac̄tra iter sit per turrim lapideā, sed & in Iudeam quoq; per Palimbothra: uia autem, quæ à Sinarū Metropoli ad portū est Cattigarg, occasum uersus & meridiem tēdit, quapropter nequaq; in eum cadit meridianū, qui per Sinas est & Cattigarā, ut Marinus refert, sed in aliquem, qui orientior existet. Porro & à mercatoribus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniam, necnō Rapta nauigāt (quæ cuncta proprie Barbaria uocantur) certiores redduntur, nauigationem illā non exactē ad meridiem esse, sed hanc quidem ad occasum & meridiem: ea uerò transfretatio, quæ à Raptis ad prassum est, ad ortum & meridiem, Paludes quoq; ex quibus Nilus fluit, non esse iuxta mare, sed multo interiores, ordinemq; à littore Aromatum, & à Sinis ad Raptum promontorium, alium esse quàm Marinus retulerit: ex nauigatione quoq; ibi, diei unius ac noctis, non multa colligi stadia, ob mutationem uentorum sub æquinoctiali uelocem, sed ad

Aparctia, id est septentrionali uento, qui græcè ἀπάρκτιος dicitur.

summum, stadia quadringenta aut quingen-  
ta. Primum autem sinum contiguum esse Aro-  
matis, in quo post unius diei iter ab Aro-  
matis Pano esse vicum. Opponemq; emporium  
à uico distare itinere dierum sex: post hoc quoq;  
emporium, alium coniugi sinum, principium  
Azaniæ, in cuius principio Zingina esse pro-  
montorium, & Phalangida montem tricipi-  
tem: solumq; sinum hunc uocari Apocota,  
qui duobus transfretari possit diebus & no-  
ctibus: postea paruum sequi litus, in transitu  
distantiarum trium, & aliud quoq; quod Ma-  
gnum litus appellatur, distantiarum quinque,  
quæ distantia ambæ pariter diebus & nocti-  
bus quatuor enauigari possint: his quoq; con-  
iungi alium sinum, in quo emporium sit, quod  
uocatur Essima, post navigationem dierum  
duorum & noctium. Inde Serapionis portum,  
nauigatione diei unius, postea sinum auspicari,  
qui ad Rapta ducit, trium dierum & noctium  
transfretationem habentem, iuxta cuius prin-  
cipia emporium esse, quod uocatur Nici: apud  
Raptum uerò promontorium, fluuium Raptum  
ac Metropolim nominis eiusdem, parum di-  
stantem à mari quod uerò à Raptis ad Prassum  
usq; est promontorium, sinum esse maximum,  
non tamen profundum, circum quem Barba-  
ri habitent Antropophagi.

QVAM SINT INVTILES  
*Marini compositiones ad designa-  
tionem orbis.*

### CAPVT XVIII.



VAE igitur cognitionem  
aliquam, ab ipsa historia cō-  
sequi debeant, hucusq; anno-  
tata sint. uerū tamen ne qui-  
busdam contentionem po-  
tius q̄ emendationem susce-  
pisse uideamur, singula no-  
bis per enarrationem particularem manifesta  
erunt: nunc uerò restat, ut ea quæ ad descriptio-  
nis pertinent aggressionē, consideremus. Pro-  
inde quum duplex illius sit modus: primus qui  
orbis dispositionem in parte sphericæ superfi-  
ciei designat: secundus uerò qui in plano: am-  
bibus id conuenit, ut proponatur quædā ope-  
ris facilitas: hoc est, ut ostēdatur, quonam mo-  
do, etiam si nullum propositum sit exemplar,  
ex sola ea, quæ per commentaria traditur do-  
ctrina descriptionem, quantum fieri potest cō-  
modissime facere possimus. Etenim traductio  
assidua à prioribus exemplaribus ad postero-  
ra, propter uariationem paruum, mutationes  
admodum dissimiles in rē hāc egregiā induce-

re solet: modus uerò ille, qui per commentaria  
traditur, si non sufficiens ad demonstratio-  
nem expositionis esse contingit, impossibile  
erit ijs, qui exemplari carent, ritē cōsequi propo-  
situm. Quod & nunc q̄ plurimis euenisse uis-  
demus, in tabula, quam Marinus composuit.  
quum enim exemplaria ultimæ eius æditionis  
assequi nequiere, sed solum ex commentarijs  
rem ruditer & quasi per coniecturam aggressi  
sunt, in plurimus quæ confessæ sunt collectio-  
nis errauerunt, propter ineptitudinē & confu-  
sionem institutionis, queadmodum unicuiq;  
experto considerare licet. Quum enim ad sin-  
gula loca designanda necesse sit, & longitudi-  
nis, & latitudinis positionem habere, ei qui illa  
debito ordine collocare uelit, non tamen con-  
festim quis eam in compositionibus inueniet,  
sed separatim: hic enim latitudines tantum de-  
prehendet, ueluti in positione parallelorum,  
alibi autem longitudines solum, quemadmo-  
dum in meridianorum designatione. Ut plu-  
rimum tamen utraq; hæc in eisdē cōmentarijs  
haud inueniet, sed in alijs quidē paralleli descri-  
buntur, in alijs uerò meridiani: ita ut tales in  
positionibus semper alterius ope indigeant,  
penitusq; ad considerationem, quo loco con-  
stituenda sint singula omnium opus sit euolu-  
tione commentariorum: quoniam in omni-  
bus aliter de eisdem dicitur. Et si non inquiri-  
mus, quæ secundum quamlibet speciē, de eodē  
exposita sunt loco, illa nos latebunt, aberra-  
bimusq; in multis, quibus uerò obseruatio cō-  
tingere deberet. Proinde in ciuitatum dispo-  
sitione, littorales aliquis facilius describere  
posset, si penitus ordinem quendam in ipsis  
obseruaret: mediterraneas uerò non ita, quum  
nulla adhuc habitudo, siue inter ipsas inuicem,  
siue ad littorales illas sit signata, præterquam  
in paucis, in quibus euenit, ut nonnunq; lon-  
gitudinis meta, aliquando uerò latitudinis lo-  
cus sit definitus.

DE COMMODITATE  
*enarrationis nostræ ad desig-  
nationem orbis.*

### CAPVT XIX.



VAPROPTER du-  
plicē nos laborem suscipimus.  
Primum ut uiri opinionem per  
totam obseruemus composi-  
tionem, præterquam in ijs, qui  
bus rectificatio quædam con-  
tingit. Deinde ut ea quæ ab ipso manifesta non  
sunt facta, per historias moderniores, uel ordi-  
nem

nem tabularum magis accuratarum quàm commodissime aperiremus, quo descriptio debitum suum assequi posset decorem. Quinetiam facilius modi gessimus curam. Nam super omnes provincias singulatim proprias circumscriptiones, qualesque tam secundum longitudinem, quàm latitudinem positiones habeant, diligenter ordinauimus: ac insuper potissimum gentium, quæ in illis degunt, adiuuicem habitudines, necnon insigniorum urbium, ac fluminum, sinuumque, & montium, ac aliorum, quæ in orbis tabulam incidere possunt, exactas distantias: hoc est, quot distant partibus, quæ lium est circulus maximus trecentarum sexaginta: secundum longitudinem quidem, meridianus per locum descriptus, ab eo qui occidentalem finem terminat super æquinoctiali: secundum latitudinem uero per eundem locum scriptus parallelus ab æquinoctiali super meridiano. Sic enim confestim uniuscuiusque loci positionem cognoscere poterimus, necnon per diligentiam locorum particularium, provinciarum etiam inter se habitudinem, ac ad totum denique orbem.

DE MENSURATIONE IN  
concinna tabula Geographica à Marino  
no composita.

CAPUT XX.



**V**TRAQUE autem designatio proprium quid habet. Nam descriptio in sphaera fienda, ex semetipsa similitudinem retinet figuræ terræ, nulliusque alterius ad opus hoc indiget artificio: non facile tamen magnitudinem præbet, quæ suscipere possit multa, quæ necessario suo collocanda sunt loco: neque descriptio, ut unico momento cerni ualeat, toti figuræ adaptare potest: sed alterum ad alterius designationem transferre necesse existit: hoc est, aut uisum, aut sphaeram: quorum neutrum descriptioni, que in plano fit accidit, sed modum quendam ad similitudinem sphaericæ imaginis inquirat, ut distantias, quæ in ea statuendæ sunt, quàm maximè commensuratas faciat, ac secundum eam apparentiam, quæ cum uera conueniat. Quod Marinus scientiæ haud quaquam fortuitæ esse censuit, penitusque omnes descriptionum planarum modos reprehendit: nihilominus tamen eo ipse usus esse uidetur, qui ex omnibus minimè, commensuratas faciat distantias: nam pro cunctis circulorum, necnon parallelorum & meridianorum lineis, rectas

substituit, ac etiam meridianorum æquidistantes inuicem, similes parallelis: solum autem parallelum, qui per Rhodum est, obseruauit meridiano commensuratum, secundum similitudinem in sphaera circumferentiarum sesquiquartam ferè rationem, circuli magni ad parallelum, qui ab æquinoctiali distat partibus triginta sex. Aliorum autem nullam curam gessisse uideatur, neque symmetriæ, neque sphaericæ designationis gratia. Primum enim constituto uisum, ad medium borealis quadrantis sphaeræ, in quo maxima pars orbis describitur, meridiani relictarum linearum imaginationem præbere possunt, quum unusquisque ex reuolutione contrarius statuitur, caditque planum ipsius per uerticem uisus: uerum non ita paralleli, propter abscessum poli borealis, circulorum autem segmenta manifestè ostendunt conuexitates suas ad meridiem conuertere. Præterea, quæuis secundum ueritatem pariter & imaginationem eisdem meridiani similes quidem, inæquales tamen circumferentias in parallelis secundum magnitudinem differentibus, intercipient, ac semper maiores, in his, qui æquinoctiali sunt proximiores. Marinus tamen omnes facit æquales: distantias autem climatum, quæ borealiora sunt, quàm parallelus, qui per Rhodum transit, plusque ueritas patitur extendit. Eas uero quæ australiores sunt in minus contrahit, ita, ut ille iam non amplius stadiorum numero, qui ab ipso positus est congruant: sed sub æquinoctiali quinta potissimum eorum parte deficient, quæ & parallelus, qui per Rhodum est, deficit ab æquinoctiali. Distantias autem quæ sunt sub parallelis, qui per Thylem transit, quadruplici sua quinta adauget, quot & parallelus per Rhodum excellit illum, qui per Thylem transit. Parallelus enim, qui per Rhodum scribitur, ab æquinoctiali distat partibus triginta sex, talium ferè est nonaginta trium, qualium æquinoctialis uel meridianus centum & quindecim: qui uero ab æquinoctiali distat partibus sexaginta tribus, scribiturque per Thylem, prædictarum æquinoctialis aut meridiani partium est quinquaginta duarum.

*Meridianus, oculo in eius superficie constituto, apparet linea recta, ex. 22. ppositione per speciem Euclidis, in parallelis autem obliquitates apparent linearum.*

b 3

QVAENAM OBSERVAN  
da sunt in designatione fienda  
in plano.

## CAPVT XXI.



**Q**VAPROPTER bene ob hæc erit, ut lineæ quæ pro meridianis ponentur rectæ feruentur: quæ uerò parallelis, ut in circulorum segmentis per unum & idem centrum scribantur: à quo per suppositum borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo præ omnibus similitudo secundum habitudinem ipsam, & forma sphaericæ seruetur superficiei: ita tamen, ut meridiani absq; declinatione ad parallelos remaneant, ac etiam in communem illum polum coincidunt. Cæterum, quum possibile haud sit, ut per omnes parallelos proportio seruetur ad sphaeram, satis erit ut hoc in eo, qui per Thylem est, ac in æquinoctiali obseruetur, quo latera, quæ latitudinem secundum nos complectuntur, ueris fiant commensurabilia. Qui uerò per Rhodum scribitur, super quo in distantijs longitudinis plurimæ factæ sunt indagationes, per diuisionem proportionis ad meridianum, ueluti Marinus fecit, designari debet: hoc est, iuxta sesquiquartam ferè, similitum circumferentiarum rationem, quo magis nota orbis longitudo rectè cum latitudinis mensura conueniat. Huius uerò instructionis modum deinceps manifestum reddemus, quum exponemus, quo pacto in sphaera descriptio fieri debeat.

QUALITER OPORTEAT  
orbem in sphaera describere.

## CAPVT XXII.



**M**AGNITVDINEM igitur sphaeræ, aut multitudinem locorum designandorum, inuentio præparantis discernet, quo firmitudinem habeat simul & decorem: quâto enim hæc plus augetur, tanto etiam descriptio, sincerior pariter & manifestior fieri poterit. Quâ tacumq; igitur fuerit, poli ipsius sumantur, accurateq; eis semicirculum adaptemus, qui parum & nisi tantum à superficie distet, ut illam in reuolutione non atterat. Semicirculus uerò tenuis sit, ne multa obumbret loca. Alterum uerò latus exammuffim per ipsa signa, quæ

per polos transeunt, habeat extensum, ut per illud meridianos scribamus: quod & in centum octuaginta diuidemus particulas, numerosq; assignabimus, & à media, quæ per æquinoctialem futura erit sectione, initium facientes. Similiter & æquinoctialem describentes, alterum illius semicirculum in æquas centum & octuaginta diuidemus partes: huiusq; numeri principium ab illius sine inchoabimus, per quem & occidentalissimum describemus meridianum. Descriptionem autem longitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatæ sunt partes, secundum unumquemq; locum signatum faciemus; necnon à diuisionibus semicirculorum æquinoctialis, & mobilis meridiani: hūcq; ad ostensam longitudinis partem circumferemus, hoc est, ad numerum qui æquinoctialis continet sectionem, latitudinis uerò distantiam, ab æquinoctiali, ex ipsa meridiani diuisione sumemus, & iuxta numerum ostensum, signationem ponemus eodem modo, quo & in locatione stellarum super sphaeram solidam. Similiter & meridianos scribere licebit, per tot longitudinis partes, quot uoluerimus, pro norma utentes latere circuli diuisi. Parallelos autem per tot partes scribere poterimus, quot distantiarum erit commensuratio, si signum illud, quod eos describit (numero peculiarem distantiam lateris signante) apponamus, circumferamusq; cum ipso circulo usq; ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris segregant.

EXPOSITIO MERIDIANORUM  
et parallelorum qui descriptioni sunt apponendi.

## CAPVT XXIII.



**P**ROINDE isti interstitia horaria complectentur duodecim, demonstratis consequenter. Scribatur autem parallelus, qui australiorem terminat plagam, ut tantum distet ab æquinoctiali, meridiem uersus, quantum parallelus per Meroem uersus septentriones. Cæterum meridianos per tertiam partem unius horæ æquinoctialis scribi debere, commensurabile nobis uisum fuit, hoc est, per particulas quinque earum quæ in æquinoctiali compræhensæ sunt: parallelos autem qui æquinoctiali sunt borealiores ita.

Primum

Meridiani, scilicet extremi, horaria spacia duodecim complectuntur, ut ex demonstratis consequitur.

Per Taprobanem  
trāsire quiddā affir-  
mant, quod negat  
Solinus.

Per Aualicū sinū.

Per Adulicū sinū:  
est initium primi  
climatis.

Per Napatos: ini-  
tium secundi cli-  
matis.

Per Ptolemaidā  
Thebæ. cli. 3.

Per Alexandriam  
Aegypti.

Per Babyloniā &  
phœniciam: prin-  
cipium. 4. climatis.

Per Smyruam: ini-  
tium. 5. climatis.

Per Romā & Hel-  
lespontum.

Per Massiliam: cli-  
ma. 6.

Per mediū Euxinū  
pontum.

Per Borysthenis  
ostia. 7. cli.

Per Coloniā Agri-  
pinam.

Per Tanais ostia.

Per mediā Britan-  
niam.

Per Hyberniæ au-  
straliora.

Per Hyberniæ se-  
ptentrionaliora.

Alius potest per  
Sueciam & extre-  
ma Scythiæ desc. i-  
bi, differens horis  
10. distans gra. 61.  
& dimidio.

Alius per Lapce-  
nes, ubi dies n. en-  
sium duorum. Lat-  
tudo 70. graduum.

Primum quidem, ut ab ipso per quartam unius horæ differat, ac secundum meridia- num, quemadmodum demonstrationes li- neares ferè subiiciunt, partibus distet qua- tuor &  $\frac{1}{4}$ .

Secundum, ut per dimidiū horæ unius differat, pariterq; distet partibus octo  $\frac{1}{2}$ .

Tertium, ut per horam dimidiā & quartam ho- ræ unius differat, partibus uerò distet duode- cim semisse.

Quartū, ut per horā differat unā, distetq; parti- bus sedecim  $\frac{1}{2}$ . scriptumq; per Meroem.

Quintum, ut differat per horam unā & quar- tam, ac distet partibus uiginti quarta una.

Sextum uerò & sub æstiuo tropico, ut per ho- ram unam & dimidiā differat, distetq; parti- bus. 23. dimidia & tertia, scriptumq; per Sye- nem.

Septimū, ut hora una ac dimidia necnon quar- ta differat, ac partibus distet. 27  $\frac{1}{4}$ .

Octauum, ut horis differat duabus, distet uerò partibus. 30. cum tertia.

Nonum uerò, ut differat horis duabus cū quar- ta, distetq; partibus. 33. & tertia.

Decimum, ut horis duabus & dimidia differat ac distet partibus. 36  $\frac{1}{2}$ . scriptumq; per Rhodum.

Vndecimum, ut differat horis duabus cum di- midia & quarta, distetq; partibus, 38. cum di- midia ac duodecima.

Duodecimū, ut horis differat tribus, ac distet partibus. 40. dimidia tertia & duodecima.

Decimum tertium, ut differat horis tribus cum quarta, distetq; partibus. 43. & duodecima.

Decimum quartum uerò, ut differat per horas tres cum dimidia, ac partibus distet. 45.

Decimum quintum, ut horis differat quatuor distetq; partibus. 48. dimidia &  $\frac{1}{2}$ .

Decimum sextum, ut differat horis quatuor & dimidia ac distet partibus. 51  $\frac{1}{2}$ .

Decimum septimum, ut quinq; differat horis, distetq; partibus. 54.

Decimum octauum, ut differat horis quinq; cum dimidia, ac distet partibus. 56  $\frac{1}{2}$ .

Decimum nonū, ut sex differat horis, distetq; partibus. 58.

Vigesimum uerò, ut horis differat septem, ac distet partibus. 61.

Vigesimum primum, ut per octo differat ho- ras, distetq; gradibus. 63. ac scriptum per Thy- lem.

Scribetur & alius ad meridiem ab æquinoctia- li, qui horæ dimidiæ contineat differentiam, qui & per Raptum promontorium & Cat- tigarā transibit, loca oppositione sua ferè æ- qualia, ac distet ab æquinoctiali partibus oc- to  $\frac{1}{2}$ .

MODVS PER QVEM ORBIS  
in plano ita describi possit ut commu-  
suratione similis sit posi-  
tioni spherice.

CAPVT XXIII.




IN DESCRIPTIONE

uerò quæ in tabula fit, modus Symetriæ præcipuorum paral- lelorum talis nobis erit. Præ- parabimus tabulam parallelo- gramam rectangulam, ueluti est A B C D, habeatq; latus A B duplum ferè quā A C: supponaturq; recta A B secun- dum positionem superiorē, quæ in descriptio- ne uersus partes erit Boreales. Deinde diuide- mus A B bifariam, & ad rectos angulos li- neæ rectæ E F normam illi commensuratā, & rectam adaptabimus: ita ut linea media E F sua longitudine, sub una rectitudine, usq; ad E G protrahatur: sumamusq; ab ipso E usq; ad G triginta quatuor partes tales, quales sunt per lineam rectam G F centum triginta una & tertia cum duodecima: super centroq; G per signum interstitij, quod ab eo abest per li- neam G H sectionibus septuaginta nouem, circulum scribemus, qui pro eo erit parallelo, qui per Rhodum transit, nempe H K L. Pro terminis uerò longitudinis, quæ ex sex horarū colliguntur interstitijs ab utraq; parte K, su- mamus super G F mediij meridiani linea di- stantiam quatuor interstitiorum, quæ in paral- lelo per Rhodum similes sint quinq;, per ses- quiquartam ferè rationem maximi circuli ad ipsum, talesq; decem & octo constituemus ab utraq; parte puncti K, secundum circunferen- tiam H K L: habebimusq; signa, per quæ cō- iungere oportebit ab G meridianos, qui ter- tiæ partis horarum interualla comprehendāt: ita ut G H M & G L N longitudinis ter- minent fines. Consequenter uerò & parallelus qui per Thylem est, scribetur distātia quæ ab- sit ab G super linea F G sectionibus. 52. ue- luti O P Q: æquinoctialis uerò, ut similiter distet à G per lineam F G sectionibus 115. qui sit R S T: oppositus uerò per Meroem & australissimus, ut distet à G sectionibus 131. cum tertia & duodecima, ueluti M V N. Ratio igitur ipsius R S T ad O P Q col- ligetur quemadmodum 115. ad 52. secundum rationem parallelorum horū in sphaera: quan- doquidem qualium G S supponitur 115. ta- litum est & G P sectionum quinquaginta duarum. Et quemadmodum se habet G S ad G P, sic se habet circunferentia R S T ad O P Q. Deprehendetur autem &



meridiani P K distantia, hoc est ea, quæ ab parallelo, qui per Thylem trāsīt ad illum qui est per Rhodum sectionum 27. distantia uerò K S, id est à parallelo, qui per Rhodum ad æquinoctialem usq̃, earundem sectionum existit 36. At distantia S V, hoc est ea, quæ ab æquinoctiali est ad oppositum ei, qui est per Meroem, earundem 16. cum tertia & duodecima. Præterea qualium est distantia P V, secundum latitudinem terræ cognitæ, septuaginta nouem cum tertia & duodecima, aut integrarum octuaginta, talium erit & H K L media secundum longitudinem distantia, centum quadraginta quatuor, secundum ea, quæ demonstrationibus supponuntur: eandem enim rationem ferme habent, quadraginta milia latitudinis, ad septuaginta duo milia longitudinis, in parallelo, qui per Rhodum transit. Porrò & reliquos scribemus parallelos, si rursus centro G usi fuerimus, & interstitijs, que distant ab S æqualibus sectionibus, ut expositum est, ab recessibus æquinoctialis. Cæterum non oportet ut eas lineas, quæ pro meridianis ponuntur, ad parallelum usq̃ M V N rectas scribamus, sed solū usq̃ ad æquinoctialem R S T: ac postea circumferentiam M V N diuidemus in æqualia, & numero paria segmenta, que attribuemus meridianis illis, qui per Meroē sumuntur, sectionesq̃ illas coniungemus, cum meridianis, qui recte super æquinoctialem incidunt, ut appareat, qualis ex inuersione transsumpta, sit ab altera æquinoctialis parte & ad meridiem declinans positio, ueluti ostendunt R X & T Y lineæ.



**D**E M V M propter faciliem locorum ordinandorum adnotationem iterum regulamentum tenue faciemus, quod æquale sit longitudini G F tantum: illudq̃ firmabimus in G, ita, ut cum per totam longitudinem descriptionis circumferatur, exacte rectis alterius lateris congruat meridianis, quo sectio eius per medium cadat polum: latusq̃ hoc in segmenta, si ad G F pertinere debent, centum triginta & unam diuidemus, aut solū in segmenta centū quindecim, si G S respiciant: numerosq̃ adnotabimus facientes initium à sectione quæ per æquinoctialem est: à quibus & parallelos scribi intelligere possumus, ne dum meridianum, qui in descriptione est, in omnia segmenta diuidimus & signamus, inscriptiones locorum, quæ super ipsum casuræ sunt confundamus. Partiemur igitur æquinoctialem in duodecim horarum centum octuaginta partes, numerosq̃ apponemus, initium facientes à meridiano occidentalissimo, ac semper regulamēti latus ad ostensam longitudinis partem mouebimus donec per diuisionem in regulamento factam, ad positionem secundum latitudinem signatam perueniamus, ibiq̃ super unoquoq̃ signationem debitam, eodem quo in sphaera ostensum est modo faciemus.


In hac parte secun-  
dam quandam no-  
uam planam orbis  
descriptionē nobis  
trahit.

✦ Ut axis uisionis  
penetret per sectio-  
nem & centrum  
sphaerae, hoc est, ut  
oculus mediet in-  
ter centrum & se-  
ctionem illā meri-  
diani et paralleli  
in medio habitabi-  
lis terrae se mutuo  
secantium.

Recte quidem in-  
telligi possunt, quia  
oculus sub eorum  
planicie constitu-  
tus rectas eas esse  
iudicat, ut supra  
cap. 20.


**P**orro similiorem etiam & magis commensuratam descriptionem orbis, in tabula facies-  
mus, si lineas meridianas imaginatione concipiamus, ad similitudinem linearum meridia-  
narum in sphaera: ita ut aspectuum seu oculorum axis in sphaerae positionem ✦ penetret, & per  
sectionem, que ad aspectum est meridiani, qui longitudinē terrae cognitae in duas diuidit par-  
tes, & paralleli, qui & ipse bifariam secat eius latitudinem, necnon centrum sphaerae, quo ex  
aequo termini oppositi uisu comprehendantur & appareant. Primum igitur propter quan-  
tatem inclinationis parallelorum circularum, & per incisionem signatam, & centrum sphae-  
rae erecti ad medium longitudinis meridianum plani, circulus intelligatur maximus, qui he-  
misphaerium terminet apparens,  $A B C D$ : & semicirculus, qui hemisperium meridianum  
bifariam dispertit sic,  $A E C$ : at sectio, quae ad aspectum huius est, & paralleli, qui bifariam  
secat latitudinem, sit signum  $E$ : scribaturque per  $E$  circuli maximi iterum semicirculus rectus  
ad  $A E F C$ , qui sit  $B E D$ , cuius planum per axim aspectuum seu uisus subijci constat. In  
de circūferētiā  $E F$  partes sumantur uiginti tres & semis cum tertia, tot em̄ distat aequinoctia-  
lis ab eo qui per Syenem est, qui maximus ferē constituitur latitudine: scribaturque per  $F$  semi-  
circulus aequinoctialis  $B F D$ , & tūc inclinatum apparebit aequinoctialis planū, necnon reliquorū  
parallelorum, ad illud quod est per axem aspectuum seu uisus, quum circumferentia  $E F$  par-  
tium existat uiginti trium semis cum tertia. Intelligantur itaque  $A E F C$  &  $B E D$  rectae p  
circumferentibus  $B E$ , rationem habentis ad  $E F$ , quam. 90. ad. 23. dimidium & tertium, &  
producta  $C A$  cadat centrum: in quo scribatur  $B F D$  circuli segmentum, iuxta  $G$ . Sitque  
nunc propositum ut ratio inueniatur  $G F$  ad  $E B$  lungatur itaque  $F B$  recta, quae bifariam  
diuidatur in  $H$ . coniungatur etiam  $H G$ , nempe ut perpendicularis ad  $B F$  fiat. Quoniam

igitur qualium est  $B E$  recta non-  
naginta talium supponitur  $E F$   
 $F$  uiginti trium & semis cum  
tertia eorundem, erit &  $B F$  sub  
tēsa nonaginta trium cum des-  
cima. Angulus uerò sub  $B F E$   
 $E$  talium centum quinquaginta  
cum tertia, qualium duae res-  
ctae trecentarum sexaginta: reli-  
quus uerò angulus sub  $H G F$   
eorundem uiginti nouē cū ter-  
tius duobus ac ideo ratio  $G F$   
est ad  $F H$  eadem, quae 180. se-  
mis cum tertia ad 46. & semis  
cum uicesima: & qualium est  
 $H F$  recta 46. semis cum uices-  
sima, talium  $B E$  recta nona-  
ginta: ita ut qualium est  $E B$  res-  
cta 90. eorundem est  $F E$  23.  
semis cum tertia: ac ideo qua-  
lium est  $E B$  recta nonaginta,  
talium habebimus &  $G E$  res-  
ctam. 181. semis cum tertia. Si-  
gnumque  $G$  in quo omnes scri-  
bantur paralleli in descriptione plana.





dus est, quemadmodum ibi, sed planè in omnibus fermè. Si enim & hic producamus S T V rectam, ueluti in priori figura, circumferentia H T minorem uidelicet rationem faciet ad FS & KV quàm conueniat rationi descriptionis huius: ita ut secundùm totam H T patiat defectum. Si uerò ipsam H T cõmensuratam faciemus KF latitudinis distantiam, FS & KV maiores erunt Symetrijs, ad FK, Quẽadmodum ad HT. Si autem FS & KV cõmensuratas ipsi FK seruauerimus, HT minor erit cõmensuratione ad KF, quẽadmodum ad KV & HT.



EX his igitur modus iste priorem præcellit, à priori uerò in facilitate descriptionis superatur. Quoniã illic quidẽ, ab regulæ circunductione & translatione, quum solum unus descriptus erit parallelus, ac diuisus, singula loca suo ordine collocari poterunt: quòd in descriptione ista non tam facile fieri potest, propter meridianarum linearum ad medium inflexiones, & quia omnes circulos singulatim inscribere necesse est, necnon positiones, quæ inter laterculos cadunt, ad tota amplectentia latera, per partes signatas ratiocinatione cõiecturare. Quæ quum ita sint mihi & hic, & ubiq; quod melius est, licet sit laboriosius, deteriori tamen, & faciliori preferendum erit: ambos tamen simul ita ordinatos modos, obseruandos esse censeo, eorum hominum gratia, qui propter facilitatem, ad expeditiorem modum sunt procliuiores.

Qualium est æquinoctialis quinq; talium est qui per Meroem transit quatuor & semis cū tertia, ita ut rationem habeat ad eum, quam. 30. ad. 29.

Qualium est æquinoctialis quinq; talium est, qui per Syenem transit quatuor & semis cum duodecima, ita ut rationem ad eum habeat, quã. 60. ad. 55. hoc est, duodecim ad undecim.

Qualium est æquinoctialis quinq; talium est, qui per Rhodum scribitur quatuor, ut ad eum rationem habeat sesquiquartam.

Qualium est æquinoctialis quinq; talium est, qui per Thylem transit duarum cum quarta, ut rationem ad eum habeat, quam. 20. ad. 9.

LIBRI PRIMI FINIS.

## CLAVDII

PTOLEMAEIGEO

graphicae enarra  
tionis

## LIBER II.

Hæc in secundo continentur Libro.

Prologus particularis enarrationis.  
Expositio occidentalioris Europæ partis, se-  
cundum subiectas prouincias uel præfecturas.

Hyberniæ Insulæ Britânicæ  
Albionis Insulæ Britânicæ  
Hispaniæ Beticæ  
Hispaniæ Lusitaniæ  
Hispaniæ Tarraconensis  
Celtogalliæ Aquitaniæ  
Celtogalliæ Lugdunensis  
Celtogalliæ Belgicæ  
Celtogalliæ Narbonensis  
Germaniæ magnæ  
Rethiæ & Vindeliciæ  
Norici  
Pannoniæ superioris  
Pannoniæ inferioris  
Illiridis Liburniæ  
Dalmaciæ

Prouinciæ. 16. Tabulæ. 5.

Definitio  
Promontoria  
Insulæ  
Fluuiorum situs  
Littoralis descriptio  
Pelagorum nomina  
Montes  
Flumina  
Paludes  
Prouinciarum nomina  
Regiones seu gentes  
Inscriptiones  
Suprascriptiones  
Ciuitates insignes  
Ciuitates secundæ  
Ciuitates tertiæ

## CAPVT I.

PROLOGVS.



V AE igit̃ uni-  
uersaliter circa  
geographiã sint  
obseruanda, cõ-  
sequẽterq̃, quo  
pactodescriptio  
ex Historia, us-  
que huc cognita  
rum terræ par-  
tium emandari  
possit, hoc est,

nostri orbis, tam in Symetria locorum inuicẽ,  
q̃ figura, ut q̃ maxime descriptioni in simili-  
tudine & modo conueniant, hucusq̃ nobis sit  
præfiguratũ. Nunc uerò particularem inchoa-  
bimus expositionem, illud præmittentes: Cen-  
sendum esse, particulares exploratorum loco-  
rum descriptiones quum in longitudine tum  
in latitudine, q̃ maxime propter cognitionis  
assiduitatem ad ueritatẽ accedere, ac ideo etiã,  
q̃ ita omnes concordent traditiones. Quæ ue-  
rò non eodem modo, propter raritatem, pera-  
grata sunt, nec ob incertitudinem historiæ co-  
gnita, exactissimẽ considerari debere, secundũ  
propinquitatem positionum et figuratiõnem  
eorum locorum, quæ certiori fide sunt depre-  
hensa, quo nihil nobis ex ijs quæ ad cõplemen-  
tum totius orbis ordinãda sunt, imperfectum  
habeat modũ. Quapropter & partiũ positio-  
nes sup̃ singulis locis in exterioribus spaciõrũ  
apposuimus particulis, modo regulari: longi-  
tudinem tamen latitudini præposuimus, ut si  
emendationes aliquæ, ab historia certiori inci-  
derint, in reliquis spaciõrũ paginis ascribi pos-  
sint. Porrò & eum in descriptione elegimus or-  
dinem, ut ubiq̃ facilitatis curã gereremus, hoc  
est, ut à dextra transitum faceremus, ab ijs quæ  
iam ordinata sunt, ad ea quæ nondum sub ma-  
num uenerunt. Hoc autem fiet, si borealiora  
prius q̃ australiora describantur, occidentalio-  
ra q̃ anteq̃ orientiora. Quoniam ad descri-  
bentium oculos, in superiori nobis loco, bo-  
realiora constituuntur, in dextra uerò orienta-  
liora orbis, tam in sphaera q̃ in tabula: ac ideo  
quæ in Europa sunt, prius collocauimus, quam  
& nos à Libya, Herculeo diuidimus freto, ab  
Asia uerò pelago interiacẽti, ac Palude Meo-  
ti, necnõ flumine Tanai, ac eo meridiano, qui  
ad terram protenditur incognitam. His reli-  
qua quæ per Libyam sunt adnectimus, quàm  
etiã ab Asia diuidimus, post maria quæ iuxta  
Prassum

Prassum Aethiopię sunt promontorium, usq; ad sinū Arabicum, ipso sinu Arabico ac Isthmo, qui ab eius secessu, iuxta Heroum ciuitatē ad nostrum usq; pertingit mare, Aegyptumq; disternat ab Arabia & Iudea, ne Aegyptum distrahamus, si Nilum statuerimus terminum. Et quia commodius est, continentes, cum ita euenit, fretis potius q̄ fluminibus terminari. Reliqua uerò quę per Asiam sunt, eodem sub iungemus proposito, tam per continentē unū quemq; in partibus eius ad terram totam, q̄ orbem uniuersum, quo ad partes ipsas, hoc est ut iterum regiones borealiores & occidentaliores, primo scribamus, necnon adiacentia eis maria ac insulas, cum specie uniuscuiusq; digniori, sed & partes illas prouinciarum, seu pręfecturarum, discernemus circumscriptione, expositionem iuxta promissionem, quā ab initio fecimus continuantes, solum tamen quantum ad cognitionem localem, & ordinem profuerit, diffusam circa singulares gentium mores, historiā prętermittentes: pręterq; si ea, de quibus antea nobis sermo fuit, breui & necessaria indiguerint adnotatione. Proinde talis expositionis modus, cui libet facultatem pręstabit, ut uel unam seu plures prouincias, aut pręfecturas describere possit, secundum q̄ tabularum congruerint dimensionibus, cum decēti ratione, & figuratione eorum quę sub unaquaq; tabula comprehendi possunt, ad inuicem, iuxta eundem fiendi ordinis modum. Pręterea nil admodum referet, si æquidistantibus usi fuerimus meridianis lineis, rectis quoq; parallelorum, dummodo solum partes distantię meridianorum eam rationem sumant ad distantias parallelorum, quam maximus habet circulus ad illum parallelum, qui in tabula hac medius erit. His itaq; definitis, particularē iam inchoabimus expositionem.

## HIBERNIÆ

I N S V L A E

Situs.

CAPVT II.

TABVLA PRIMA EVROPAE.

Iuernia, Plinio Iuerna, nunc Irē dia dicitur: eis uulgo Ireland, Anglorum regi parei.



**SEPTENTRIONALIS** lateris descriptio, quod ab hyperboreo Oceano alluitur.

Boreum Promont.	11	61	
Vennienium Promontorium.	12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	61	$\frac{1}{3}$
## DESCRIPTIO EXTENSIONIS.

### CAPUT VII.





**AETERV M** huiusce extensionis descriptio quæ & summatim armillari congruit spheræ, talis erit. In plano subiiciatur designatio, una cum terra comprehensa, quæ talem habeat positionem, per quam uisus rectus sit communibus incisionibus, hoc est meridiano, qui bifariam per tropica signa orbem secatur, cui & subiacet longitudo nostri habitabilis, & parallelo per Syenem in terra scripto, qui & ipse ferè latitudinem orbis interfecat, ita autem se rationes magnitudinum spheræ ac terræ, necnon uisus habeant distantias, ut in spacio, quod inter æquinoctialem est & tropicum æstiuum, tota pars terræ cognitæ appareat, australiori semicirculo per medium Zodiacæ armillæ, constituto super terram, ne sub hac obumbratio quædam habitabilis nostræ fiat, quæ ad Borealius posita est hemispherium, quapropter dicti meridiani unius rectæ lineæ per axem ipsam faciunt imaginationem, tanquam uisu in plano per ipsos cadente, ac etiam parallelus per Syenem, ob eam causam rectus uideatur. Reliqui uero circuli ad notandi, secundum concaua, conuersi appareant, ad lineas rectas, meridiani quidem ad eam lineam, quæ per polos transit. Paralleli autem ad eam lineam, quæ est per Syenem, & magis in, qui plus ab utraque illarum parte distant, ita ut arcticus magis quam tropicus æstiuus ad septentriones. Hyemalis uero tropicus magis quam æquinoctialis ad meridiem declinet, ac etiam antarcticus magis quam tropicus hyemalis. Præterea terræ cognitæ pars ita constituatur, ut nullibi illam oceanus circumfluat, nisi in finibus descriptis, qui ad Corum sitæ sunt & Circium Lybiæ, & Europæ, cõformiter uetustiorum historijs.

CLAVDII  
PTOLEMÆI  
Cosmographiæ

Septimus liber finit.

1 4





# CLAVDII

P T O L E M A E I

Geographicae  
enarratio

nis,

Octauus liber hæc habet.

Cum qua præsuppositione facere oportet habitabilis nostræ diuisionem per tabulas.

Quænam ad unamquæq; tabulam describere conueniat.

Expositio omnium descriptionum, quibus continentur. Europæ tabulæ decem, regiones triginta quatuor, ciuitates centum & decem & octo. Africæ tabulæ quatuor, regiones duodecim, ciuitates quadraginta duæ. Asiæ magnæ tabulæ duodecim, regiones quadraginta octo. Ciuitates centum & nonaginta, ita ut tabulæ orbis fiant. 26. regiones. 94. ciuitates. 350.

## C V M Q V A

P R A E S V P P O S I T I O N E

facere oportet habitabilis  
nostræ diuisionem  
ad tabulas.

### C A P V T I.



Q V A E C V N. que igitur ad enarrationem geographicam in medium adducere oportebat, tam ex frequentiori diligentia eorum, qui regiones nostras agnitas paragrurunt, quæ ad facilio-

re simul & magis peculiarè descriptionum agressionem, sufficenter se habere arbitror. Nunc uerò iuxta modum eorum qui ante nos fuerunt, tanquam summarie addendum erit, per quænam loca in designatione unusquisque, qui notari debet parallelus seu meridianus scribendus sit, ne ridiculum fiat, si omnia simpliciter loca, ac ea quoque, quæ haud quaquam in expositos incidunt circulos, adiacentes habeant situs parallelorum & meridianorum per ipsos descriptorum. Postquam competens quædam descriptio habitabilis totius facta est, ut in una comprehensa tabula, sub uisum nostrum cadat, consequens est, ut summarie, fiendas exponamus descriptiones, si generalem illam in plures diuidere uelimus tabulas,

quo loca cuncta peragrata, cum lucidiori commensuratione ordinari queant. Etenim cum in uniuersa descriptione necessarium sit, quo rationes partium orbis inter se conseruentur, ut quædam propter frequentiam locorum ordinandorum dilarentur, alia autem propter defectum inscribendorum contrahantur, quod plerique obmittentes, multa quidem in tabulis ipsis peruertere coacti sunt, tam in mensuris regionum, quam figuris, tanquam haud quaquam ab historia recte deducti, quemadmodum illi, qui maximam tabulæ partem Europæ attribuerunt, tam secundum longitudinem quam latitudinem, propter frequentiam & uarietatem locorum imponendorum. Asiæ autem secundum longitudinem nimium reliquerunt spacium. Lybiæ uerò secundum latitudinem propter contrarium, etenim ob causam hæc, Indicum pelagus, post Taprobanem ad septentriones conuerterunt, cum ipsis tabula obstaret, quo minus ad solis ortum progredi possent, nihilque tale haberent, quod ex contrario super Scythia, Boreæ subiecta describere possent, rursusque occidentalem oceanum ad ortum uerterunt, obstante eis tabula, ad distantiam meridianam, quum nihil ibi seu interioris Lybiæ aut Indiæ uastitas contineret, quod occidentali littori propter locorum frequentiam opponi posset.

Quapropter tales, cum terram uniuersam oceanum cingerent, à describendis erroribus incipere uisi sunt, historiæque ad impossibilia detorserunt. Nos uerò in diuisione tabulæ præfatum errorem euitare poterimus, si diuisiones ita fecerimus, ut regiones frequentiores, aut solæ sint, aut cum paucis tabulam fortiatur, secundum maiores circulorum distancias, in frequentiores uerò, & quæ non adeo multa intercipiunt totæ, cum pluribus similibus, sub una comprehendatur tabula, in minoribus circulorum distantijs. Haud enim necesse est, ut omnes tabulæ inuicem sint commensurate, sed solum ut in singulis inuicem conseruetur ratio, quemadmodum cum caput solum depingimus, solum quæ capitis sunt, aut quum manum solum, quæ manus sunt solum. Non enim quæ capitis sunt cum manu iungimus, nisi cum sub una figura totum facimus hominem. Quemadmodum enim nil impedit totum, nonnunquam augere, nonnunquam uerò minuere, ita nil impedimento erit, ex partibus, cum per se constant, quædam ob capacitatem supponendarum tabularum augere, quædam uerò minuere. Nec multum à ueritate aberit, quemadmodum in principio compositionis præfati sumus, si lineas rectas, pro circulis incidentibus per partes tabularum inscribamus, lineas etiam meridianas haud quaquam inclinatas, sed & illas inuicem æquedistantes, quibus enim uniuersa habitabilis, tam latitudinis, quam longitudinis termini, secundum magnas sumpti

sumpti distantias præcipuas in extremis circulis faciant mutationes, non tamen ita in singulis accidit tabulis, ac ideo secūdu rationē parallelis, qui bifariā incidit tabulā, ad circulū maximum, necessarium dicimus, ut quæ plurimas faciamus pabolas, ne per totā distantiā tabulæ, id quod indagamus, quærere cogatur, sed solum illud, quod ex ea à medio est ad alterum extremorū.

QVAENAM  
PER SINGVLAS TABV  
las ascribere congruat.

CAPVT II.



**T**ALI igitur præsuppositio-  
ni innitētes, Europæ diuisiones,  
decē cōprehēdemus tabulis. Li-  
byæ uerò quatuor. Asiæ autē  
duodecim, in singulisq; supra-  
scriptiones ponemus, præter-  
mittētes, cuiusnā continentis tabula quæq; exi-  
stat, & quæ magna, quasq; contineat regiones, &  
quā rationē habeat parallelus, qui per medium  
illarum transit, quæ exactissime ad meridianum,  
& quānā circūscriptio totius fiat tabulæ, sub-  
ordinantes per singulas regiones, ciuitatū in-  
signium eleuationes, assumptas ad magnitudi-  
nem dierum in ipsis. Situs uerò secundum lon-  
gitudinem ab distantijs meridiani, qui est per  
Alexandriā, siue ad ortū, siue ad occasum ma-  
gnitudinibus ferè horarum æquinoctialium.  
Et nū ijs qui Zodiaco sunt subiecti, sol semel  
uel bis super uerticem fiat, ac quemadmodū di-  
spositus sit ad cōuersiones. Quin & quānam  
stellam fixā singula loca in uertice habeant ad-  
didissemus, si in obseruando apparerent latitu-  
dines ad æquinoctialem, hoc est si semper per  
eosdem parallelos transirent, uerū cū in mathe-  
matica cōpositione ostenderimus, quod & fixarū  
sphæra incidit in sequentia mundi circa tro-  
pica & æquinoctialia signa, & haud quaquā cir-  
ca æquinoctiales polos, sed circa eos qui in me-  
dio sunt circuli per Zodiacū, quemadmodū &  
errantiū, non possunt eadē astra semper in eis-  
dem locis supra uerticē esse, sed necesse est, ut  
ex ijs alia transeant ad loca prioribus septērio-  
nalia, alia uerò ad australiora, superuacua no-  
bis tūsa fuit ea descriptionis additio, quā secun-  
dū talē hypothesim, si sup sphaera stellata, posi-  
tionem ipsius in tēporibus quæsitis, ad circulū  
qui per ambos est polos cōstituerimus, totāq;  
circutulerimus ad permanētis meridiani diui-  
sum latus, facile cōsiderare possimus signum  
ipsius, totidem ab æquinoctiali dista re parti-

bus, quot & perq; siti loci, ad eadem ipsa paral-  
lelus, obiterq; deprehendere, nū omnino nulla  
ex errantibus stellis per signū illud incedat, seu  
una, aut plures, & quānā illa existat. Quibus  
ita præfinitis, iā ab alio inchoādū est pposito.

ADDITIO MICHAELIS  
VILLANOVANI.

Omnes octauū huius libri numerorum notis ex superius traditis emenda-  
bis facillime. Ab Alexandria intelliges distantias, si memineris eius longi-  
tudinem esse partium 60. & dimidium. nā cuiusq; alterius urbis longitu-  
do minor, distantiam ab Alexandria uersus occasum facit: longitudo hac  
maior, distantia uersus ortum. Quantitatem longitudinis disces, quinde-  
cim partibus differentie horam adscribendo, & cuilibet parti 4. horæ  
minutias, quod & in alijs quibuscunq; tuæ regionis urbibus obseruabis.  
Maximæ diei quantitatem hæc una tabella generaliter edoccebit, assumpta  
ex superioribus libris urbis tuæ latitudine, quæ si fuerit 45. graduum, ma-  
xima dies erit horarum 15. cum 25. minutis. si fuerit 46. ad des quintam  
partem differentie ad proxime maiorem.

TAB. I. EVRO.



**P**RIMA Europæ tabula Bri-  
tannicas continet insulas, cum  
adiacentibus eis insulis. Paral-  
lelus uerò eius medius rationē  
habet ad meridianū, quā unde-  
cim ferè ad uiginti.

Circunscibitur autem tabula undiq; oceano.  
Ab ortu germanico. A meridie Britannico,  
& eo qui appellatur Verginius. Ab occasu  
occidentali. Ab septentrionibus uerò Hyper-  
boreo, & qui uocatur Deucallidonus.  
Thyle igitur insula maximā diē habet horarū  
æquinoctialiū. 20. Distatq; ab Alexandria oc-  
casum uersus horis duabus.

Hybernæ uerò insule ciuitates insignes.  
Eiusdem nominis cuius & insula ciuitas + Hy-  
bernis, maximā diē habet hor. 18. Distatq; ab  
Alexandria occasum uersus ho. 3 & 1/4.  
Rheba uerò maximam diem habet horarum,  
18 1/2. Et distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 3. quinta una.

Albionis uerò insulæ  
Londinium maximam diem habet hor. 17.  
Distatq; ab Alexandria occasum uersus ho-  
ris. 2 2/3.  
Eboracū maximam diem habet horarum. 17  
1/2 1/3. Distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 2 2/3.  
Caturactonium maximam diem habet hora-  
rum. 18. Et distat ab Alexandria uersus occa-  
sum hor. 2 2/3.  
Alata castra maximam diem habet horarum.  
18 1/2. Distatq; ab Alexandria occasum uersus  
hor. 2 1/6.

gradus latitudinis.	quantitas maxi- mæ diei.	
	ho.	mi.
5	12	17
10	12	35
15	12	54
20	13	14
25	13	34
30	13	58
35	14	24
40	14	52
45	15	26
50	16	10
55	17	8
60	18	50
65	21	50
70	dies duorū mē- sum.	

Europe tabule de-  
cem, prouincie 34.  
ciuitates. 118.

+Iuernis.



Dumna autem insula maximam diem habet horarum.  $19 \frac{1}{2}$ . Ac distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2.

Vectis uerò insula maximam diem habet horarum.  $16 \frac{2}{3}$ . Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{2}{3}$ . ferè.

## TABVLA II.



**E**CVNDA Europæ tabula continet Hispaniã totam, in tres prouincias partitam, cum insulis sibi adiacentibus.

Parallelus autem per eius medium ductus, rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor ferè.

Terminatur autem tabula.

Ab oriente Pyrengeis montibus

A meridie Balearico & Iberico pelago, fretoq; Herculeo, & parte exterioris maris.

Ab occasu occidentali oceano.

A septentrionibus autem oceano Cantabrico.

Lusitaniæ prouinciæ

Norba Cæsarea maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . ferè. Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$  ferè.

Augusta emerita maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ . ferè.

Bæticæ

Ispalis habet maximam diem hor.  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .

Corduba maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .

Tarraconensis

Asturica Augusta maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .

Noua Chartago habet maximam diem horarum.  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .

Tarracon maximam diem habet horarum. 15 Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Clunia maximam diem habet horarū. 15 octaua parte. Et distat ab Alexandria uersum occasum horis  $3 \frac{1}{4}$ .

Cæsarea Augusta maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3.

Gadira insula maximam diem habet horarū 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{2}{3}$ .

## TABVLA III.



**T**ERTIA Europæ tabula cōtinet Gallias in quatuor prouincijs, cū insulis sibi adiacentibus. Medius ipsarū parallelus rationem habet ad meridianū, quā duo ad tria.

Circumscribitur autem tabula

Ab ortu Italia & Rætia ac Germania.

A meridie mari Gallico.

Ab occasu montibus Pyrenæis & oceano aquitanico.

A septentrionibus oceano.

Aquitaniæ Celtogallatiæ

Mediolanium maximam diem habet hora.  $15 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ .

Burdigala maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexanria uersus occasum horis.  $2 \frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{3}$  ferè.

Lugdunensis Gallia

Augustodunum maximam diem habet horarum.  $15 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{3}$  &  $\frac{1}{2}$ .

Lugdunum maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{2}$  Et distat ab Alexandria uersus occasum horis.  $2$  &  $\frac{1}{2}$  ferè.

Belgica Gallia

Rigiacū maximam diem habet hor.  $16 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2}$  ferè.

Durocotturum maximam diem habet horarum. 16 octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $2 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Narbonensis Celtogallaciæ

Massilia maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis.  $2 \frac{2}{3}$ .

Narbon & ipsa maximam diem habet horarum.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$  decima parte.

Vienna maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum hor.  $2$  &  $\frac{1}{2}$ .

Nemausus maximam diem habet hor.  $15 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horis.  $2 \frac{1}{2}$ .

## TABVLA III.



**E**UROPAE tabula quarta cōtinet Germaniam magnam cum insulis sibi adiacentibus.

Medius ipsius parallelus rationem habet ad meridianū quam tria ad quinque

Terminatur autem tabula

Ab oriente Iazygibus Metanastis & Sarmatia Europæ.

tia Europæ.  
A meridie Rhætia & Norico, & duabus Pannonijs.

Ab occasu Gallia Belgica p Rhenum fluium.  
A septentrionibus Germanico oceano.

Germaniæ ciuitates insignes

Amasia maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. s  
2 ferè.

Luppia maximã diem habet horarum. 16  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho  
ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Rhobodunum maximam diem habet hora  
rum. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus  
occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Scandia insula maximam diem habet hora  
rum. 18. Et distat ab Alexandria uersus occa  
sum hor. 1.

## TABVLA. V.



VINTA Europæ ta  
bula complectitur Rhetiam, &  
Vindeliciã, ac Noricũ, duasq̃  
Pannonias, et totam Illyridẽ,  
cum insulis adiacentibus.

Medius eius parallelus ratio  
nem habet ad meridianum, quam quadragin  
tatria ad sexaginta.

Circumscribitur autem tabula

Ab oriente Iazygibus Metanastis & Mysia  
superiori.

A meridie parte Macedoniæ, & sinu Adriatic  
co, & parte Italiæ.

Ab occasu parte Galliæ.

A septentrionibus Germania per fluium  
Danubium.

Rhetiæ.

Brigantiũ maximam diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  
duabus.

Vindeliciæ

Augusta Vindelicorum maximam diem ha  
bet horarũ. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexan  
dria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Norici

Aredate maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho  
ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Iulium Carnicum maximam diem habet ho  
ra. 15  $\frac{1}{2}$ . & quid parũ. Distatq̃ ab Alexandria  
uersus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Pannoniæ superioris

Pactouium maximam diem habet ho. 15  $\frac{1}{2}$ . Et  
distat ab Alexandria uersus occasum ho. 1  $\frac{1}{2}$ .

Sacarbantia maximam diem habet horarum.  
15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occa  
sum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Emona maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ .  
& aliquid plus. Distatq̃ ab Alexandria uersus  
occasum ho. 1  $\frac{1}{2}$ .

Pannoniæ inferioris

Serbinum maiorẽ diem habet ho. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et  
distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  
quinta parte.

Sirmium maximã diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. 1.

Illyridis.

Iadera maximã diem habet horarũ. 15  $\frac{1}{3}$ . ferè.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. 1  $\frac{1}{3}$ .

Sidrona maximam diẽ habet hor. 15  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . ferè.  
Et distat ab Alexandria ad occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Salonæ Dalmatiæ maximam diem habet ho  
rarum. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus  
occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Narbona maxima diẽ habet hora. 15  $\frac{1}{4}$ . ferè.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. 1.

Scardona insula maximam diem habet hora  
rum. 15  $\frac{1}{3}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus  
occasum hor. 1 quinta parte ferè.

## TABVLA. VI.



EXTA Europæ tabula  
continet Italiã totã, & Cynũ  
insulam, cum insulis Italiæ ad  
acentibus.

Parallelus ipsius medius ratio  
nem habet ad meridianũ, quã  
tria ad quatuor.

Terminatur autem tabula

Ab ortu sinu Adriatico, & Ionio pelago.

A meridie partim Adriatico, & Tyrrheno,  
necnon Ligustico mari.

Ab occasu Alpium montibus, qui iuxta Gal  
liam sunt.

A septentrionibus Alpium, qui sub Rhætia  
& Vindelicia sunt, montibus, ac Alpino mon  
te, qui sub Norico est, uocaturq̃ Caruanga, &  
parte sinus Adriatici.

Insignes Italiæ ciuitates

Roma regia maximam diem habet horarum.  
15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Nicæa Massiliensũ maximã diẽ habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. 2  $\frac{1}{6}$ .

Tarracinæ maximam diem habent hora. 15.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho  
ra. 1 &  $\frac{1}{2}$ .

Neapolis maximam diem habet hor. 15. ferè.

Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1 &  $\frac{1}{2}$   
Brundisium maximam diem habet horarum  
14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occa-  
sum hora. 1 & quintaparte.  
Ancon maximam diem habet horarū. 15  $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .  
Rauenna maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{2}{3}$ .  
Aquilugia maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum hora.  
1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . ferè.  
Beneuentus maximam diem habet hora. 15.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{4}$ .  
Capua maximam diem habet horarum. 15.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{3}$ .

## Cyrni insulæ

Valeria maiorem diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ris. 2 ferè.  
Mariana maximam diem habet horarum. 15.  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ris. 2. ferè.

## TABVLA. VII.



**T**ABVLA septima Eu-  
ropæ continet Sardiniam, &  
Siciliam insulas.  
Parallelus ipsius medius ratio-  
nem habet ad meridianū, quā  
quatuor ad quinque.

Circumscribitur autem tabula

Ab omni parte pelago.  
Ab ortu Adriatico.  
A meridie Africano.  
Ab occasu Sardoo.  
A septentrionibus Ligustico & Tyrreno.

## Sardinia insulæ

Sufaleos maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ .  
Carallis maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Turris Byssonis maximam diem habet hora-  
rum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus  
occasum hor. 2. ferè.  
Gurulis noua maximam diem habet horarū.  
14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occa-  
sum hor. 2.

## Siciliae

Lilybaeum maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{2}$ .  
Syracusæ maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{3}$ .  
Messena maximam diem habet ho. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1  $\frac{1}{3}$ .  
Centuripæ maximam diem habent horarum  
14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 1  $\frac{1}{3}$ .  
Segesta maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$  &  
quid parum. Distatq; ab Alexandria uersus oc-  
casum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .  
Catana maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et  
distat ab Alexandria uersus occasum ho. 1  $\frac{1}{3}$ .

## TABVLA. VIII.



**O**CTAVA Europæ ta-  
bula continet Sarmatiam, que  
in ea est, & Tauricam Cherso-  
nesum.

Parallelus ipsius medius ratio-  
nem habet ad meridianū, quā  
undecim ad uiginti.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Bosphoro Cimmerico, & Mæotide  
palude, ac Tanai fluuiio, iuxta Sarmatiam, que  
in Asia est.

A meridie mari Pontico, & parte Mysiæ infer-  
rioris, & Dacia, ac Iazygibus metanastis.

Ab occasu montibus Sarmaticis appellatis, ac  
Germania, & Vistula fluuiio.

A septentrionibus Venedico sinu, & Sarmati-  
co oceano, ac terra incognita.

## Sarmatiæ insignes ciuitates

Tamyraca maximam diem habet hor. æquino-  
ctialium. 16. Et distat ab Alexandria uersus oc-  
casum horæ unius æquinoctialis parte. 15. ferè  
Naubarum maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ  
unius parte octaua.

Olbia, quæ & Borysthenes, maximam diem  
habet hor. 16. Et distat ab Alexandria uersus  
occasum horæ quinta parte.

## Tauricæ Chersonesi

Theodosia maximam diem habet ho. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ  
unius parte quinta.

Panticapæa maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Distatq; ab Alexandria ad ortum quarta par-  
te horæ unius.

Tabula

**TABVLA. IX.**



**N**ONA Europę tabula cōtinet Iazyges Metanastas, Daciam, utramq; Mysiam, Thraciam, & Chersonesum. Medius ipsius parallelus rationē habet ad meridianum, quam

43. ad 60.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Pontico mari, & Thracio Bosphoro, atq; propontide, & Helleponto.

A meridie Aegeo pelago, & Macedonia.

Ab occasu Pannonia inferiori, ac Dalmacia.

A septentrionibus Sarmatia, quę est in Europa.

Iazygum

Gormanum Iazygum maximam diem habet horarum. 16. Et distat ab Alexādrīa uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Dacię

Salinę maximam diem habent hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{2}{3}$ .

Zarmisegethusa regia maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1. ferē.

Mysię superioris

Rhętiaria maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Scupi maximam diem habent horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ad Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Mysię inferioris

Odessus maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius partem tertiam.

Oescus maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{2}{3}$ .

Thracię

Aenus maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{2}$ .

Apollonia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horę.  $\frac{1}{3}$ .

Constantinopolis uel Byzantium maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{3}$  ferē.

Perinthus maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{3}$ .

Nicopolis maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Lyfimachia maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Proconesus maximam diē habet hor. 15. cū octua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius tertiam ferē partem.

Chersonesi

Elæus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$  & decime partis. Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Sestos maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{3}$ .

**TABVLA. X.**



**T**ABVLA decima & ultima Europę, continet Macedoniam, Epirum, & Achaiā, Pelopōnesumq; & Cretam insulam, & Eubceam, cum insulis adiacentibus. Medius eius parallelus, rationem habet ad meridianum, quam septem ad nouem.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Aegeo pelago, Myrtoocę, & Carpathio.

A meridie Adriatico pelago, & Libyco.

Ab occidente Ionio pelago, & Adriatico.

A septentrionibus autem Dalmatia, & Mysia superiori, & Thracia.

Macedonię ciuitates insignes.

Dirrachium maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę. 1.

Thessalonica maximam diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horę.  $\frac{2}{3}$ .

Amphipolis maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{2}{3}$ .

Heraclea maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  ferē.

Aedessa maximam diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Distat q; ab alexādrīa uersus occasum horę unius  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Pella maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horę.  $\frac{2}{3}$ .

Larissa Pelasgiensium maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius.  $\frac{2}{3}$ .

Casandria maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę.  $\frac{2}{3}$  ferē.

Lemnos insula maximam diem habet horarū 15. Et distat ab Alexādrīa uersus occasum horę

rae.  $\frac{1}{2}$  & aliquid plus.

Epiri ciuitates insignes

Nicopolis maximam diem habet hor.  $14 \frac{2}{3}$  ferè. Et distat ab alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ .

Ambracia maiorem diem habet hora.  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$  ferè.

Corcyrae insulae ciuitates insignes

Ciuitas eiusdem nominis maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2}$  cū octaua parte ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $1$  ferè.

Cephalenia insula maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria occasum uersus hor.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ .

Achaiae ciuitates insignes

Thebae Boetiae maximam diem habent horarum  $14 \frac{2}{3}$  ferè. Et distant ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Megara maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{2}$  cū octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & decimaquinta parte.

Athenae maximam diem habent hora.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Et distant ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Peloponnesi ciuitates insignes

Mesena maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$ .

Corinthus maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & octaua parte.

Tegea maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$ .

Argos maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & octaua parte.

Lacedaemon maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$ .

Euboeae insulae ciuitates insignes

Chalcis maximam diem habet horarum.  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Carystus maximam diem habet horarum.  $14 \frac{2}{3}$ . Distatq; ab Alexandria occasum uersus hor.  $\frac{1}{3}$  & decimaquinta parte.

Cretae insulae

Gortyna maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{3}$ . Ac distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Cnosus maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Distatq; ab Alexandria uersus occasum tertia parte horae unius & uigesima parte.

# APHRICAE

## TABVLAE

quatuor

Regiones duodecim.

Ciuitates quadragintaduæ.

# TABVLA. I.



PRIMA Aphricae tabula continet ambas Mauritanias, Tingitanam, & Caesariensem.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aphrica.

A meridie interiori Libya iuxta Getuliam.

Ab occasu occidentali oceano.

A septentrionibus freto Herculeo, & Iberico palago, & Sardo.

Mauritaniae Tingitanae insignes Ciuitates.

Tingis maximam diem habet horarum æqui noctialium.  $14 \frac{1}{2}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Lixa maximam diem habet ho.  $14 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Volubilis maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $3 \frac{1}{2}$  ferè.

Zilia maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Caesariensis ciuitates insignes

Cartenna maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3$ .

Iulia Caesarea maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Saldæ maximam diem habent horarum.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distant ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$ .

Oppidum nouum maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3$  ferè.

Zuchabari maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alex. uersus occasum ho.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ .

Tubusuptus maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$ .

Tabula

TABVLA. II.



**S**ECVND A Aphricæ tabula continet Aphricam, & insulas, quæ circa ipsam sunt. Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianū, quā tredecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Cyrenaica.  
 A meridie interiori Libyæ, iuxta Getuliam & Eremum.  
 Ab occasu Mauritania Cæsariensi.  
 A septentrionibus pelago Aphro.  
 Aphricæ ciuitates insignes  
 Thabraca maximam diem habet horarum æquinoctialium. 14 cū quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis. 2 ferè.  
 Ityca maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{4}$ .  
 Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
 Carthago maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{2}{3}$ .  
 Adrumentum maximam diem habet horarū 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .  
 Magna Leptis maximam diem habet horarū. 14. cū octaua parte. Et distat ab Alexādrīa uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .  
 Cirta Iulia maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis. 2  $\frac{1}{4}$ .  
 Sicca Veneria maximam diem habet horarū. 14. & quid parum. Et distat ab Alexādrīa uersus occasum hor. 2.  
 Bullaria maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis. 2. ferè.  
 Vthina maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{2}{3}$ .  
 Thyrdros maximā diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{1}{2}$ .  
 Mininx insula maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{1}{3}$ .  
 Cossyra insula maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1  $\frac{1}{2}$ .  
 Melite insula maximā diē habet horarū. 14  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum ho. 1  $\frac{1}{3}$ .

TABVLA. III.



**A**PHRICAE tabula tertia Cyrenaicæ & Aegypti continet Cyrenaicam & Aegyptū cum adiacentibus insulis. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianū, quā

53. ad sexaginta.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Iudæa. & Arabia petrea, & sinu Arabico.  
 A meridie interioris Libyæ deserto, & Aethiopia, que sub Aegypto est.  
 Ab occasu Aphrica, & magna Syrte, & parte interioris Libyæ.  
 A septentrionibus Libyco pelago, & Aegypto.  
 Cyrenaicæ ciuitates insignes  
 Berenice, quæ & Hesperides, maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .  
 Arsinoë, quæ & Teuchira maximam diem habet horarū. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .  
 Ptolemais maximā diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$ .  
 Apollonia maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$ .  
 Cyrene maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria ad occasum horæ unius.  $\frac{2}{3}$ .  
 Marmaricæ autem  
 Magna Chersonesus maximā diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .  
 Libyæ uerò  
 Parætonium maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{4}$ .  
 Alexandria maximā diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat à meridiano Fortunatarum insularum uersus ortum solis horis. 4.  
 Pelusium maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria ad ortum horæ unius quinta parte.  
 Memphis maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  cū quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. octaua parte.  
 Eius regionis, quæ uocatur  
 Thebais  
 Ptolemais Hermei maximam diem habet hora. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. octaua parte.  
 Magna Dyopolis maximam diem habet horarum. 13  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus

ortum hor. octava.

Syene maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  
octava parte.

Hicq; sol semel in anno fit supra uerticem ca-  
pitis, quando in aestiuo est tropico.

Ammon maximam diem habet hor. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horae  
unius  $\frac{1}{3}$ .

Magna Oasis maximam diem habet horarū  
13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occa-  
sum parum quid.

Myformus maximā diem habet ho. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Berenice maximā diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Hic sol semel in anno fit supra uerticem, quan-  
do est in tropico aestiuo.

## TABVLA. III.



**A**FRICA tabula  
quarta & ultima continet inte-  
riorem Libyam, & Aethiopiā,  
quae sub Aegypto est, & eā que  
est interius, cum insulis sibi ad-  
iacētibus. Parallelus ipsius me-  
dius rationem habet ad meridianū eandē ferē.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Arabico sinu, & mari rubro, ac sinu  
Barbarico, & parte Indici pelagi.

A meridie terra incognita

Ab occasu terra incognita, & oceano occiden-  
tali.

A septentrionibus Mauritanis duabus, &  
Aphrica ac Cyrenaica, Aegyptoq;.

Libyae interioris ciuitates insignes

Autolalē maximā diē habēt hor. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distāt  
ab Alexādrīa uersus occasum hor. 3 &  $\frac{1}{3}$ . Hic se-  
mel in anno sol fit supra uerticem in aestiuo tro-  
pico.

Iarzitha maximam diem habet hor. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ris. 3 ferē. Et hic sol bis in anno fit supra uerti-  
cem capitis, quando distat à tropico aestiuo ab  
utraq; parte gradibus. 58.

Thamondocana maximam diem habet hor.  
13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus occasum ho-  
ris duabus  $\frac{1}{2}$  ferē. Excipit autē bis in anno solē  
supra uerticem, quando distat à tropico aestiuo  
ex utraq; parte gradibus. 42  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Gira maximam diem habet horarū. 13 cū octa-  
ua parte. Et distat ab Alexandria uersus oc-

casum hora. 1  $\frac{1}{2}$  & octaua parte. Recipit autē  
& ipsa solem bis in anno supra uerticem, quā-  
do distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gra-  
dibus. 39  $\frac{1}{2}$ .

Garama maximam diem habet horarum. 13  
 $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho-  
ra. 1 & septima parte. Hic quoq; sol bis in anno  
fit supra uerticem, distans à tripico aestiuo ab  
utraq; parte gradibus. 23  $\frac{1}{2}$ .

Aethiopiae sub Aegypto ciuitates  
insignes

Napata maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{6}$ .  
Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem,  
distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gra-  
dibus. 29  $\frac{1}{2}$ .

Meroë maximam diem habet horarum. 13. Et  
distat ab Alexandria uersus ortum hor. deci-  
maquinta parte. Hic sol bis in anno fit supra  
uerticem quum distat à tropico aestiuo gradi-  
bus. 46  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Ptolemis ferarum maximam diem habet ho-  
rarum. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortū  
hor.  $\frac{1}{3}$  & decimaquinta parte. In ea sol bis in  
anno fit supra uerticem, quum distat à tropico  
aestiuo ab utraq; parte gradibus. 45  $\frac{1}{2}$ .

Adulis maximam diem habet horarum. 12  $\frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  fe-  
rē. Hic sol bis in anno fit supra uerticē, quū  
distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gradi-  
bus 62  $\frac{1}{2}$  & decimaquinta parte.

Dire maximam diem habet horarum. 12  $\frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1.  
Bisq; solem in anno supra uerticem sumit, quū  
distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gradi-  
bus. 62  $\frac{1}{2}$  & decimaquinta parte.

Mosylum maximam diem habet horarum. 12  
 $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum ho-  
ra. 1 &  $\frac{1}{4}$ . In hac sol bis in anno fit supra uer-  
ticem, quum distat à tropico aestiuo ex utraq;  
parte gradibus. 68  $\frac{1}{2}$  & quinta parte.

Aromata maximam diem habēt horarum. 12  
 $\frac{1}{3}$ . Et distāt ab Alexandria uersus ortum hor.  
1  $\frac{1}{2}$ . Sumuntq; solem bis in anno supra uerti-  
cem, quando distat à tropico aestiuo ex utraq;  
parte gradibus. 74  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  ferē.

Asiae

ASIAE

Tabulae duodecim  
Regiones quadraginta quatuor  
Ciuitates centum & nonaginta

TABVLA. I.



RIMA Asiae tabula continet Pontum, & Bithyniam, & quae proprie Asia dicitur, ac Lyciam, & Galatiam, Pamphiliam item, Cappadociam, & Ciliciam.

Parallelus ipsius mediusratio nem habet ad meridanum, quam tria ad quatuor.

Circumscribitur autem tabula

Ab ortu Armenia maiori, & parte Syriae.  
Ab Austro Carpathio, Lyciaco, & Pamphilio mari, Angustisque Ciliciae, & sinu Iffico.  
Ab occasu Thracio Bosphoro, & Propontide, ac Helleponto, & Aegeo pelago, ac Icario, & Myrtoo.

Ab Arcis Pontico mari.

Bithyniae ciuitates insignes

Chalcedon maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{4}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{4}$ .

Nicomedia maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{4}$ .  
ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Apamia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. quinta parte.  
Heraclea Ponti maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. decima quinta parte.

Nicaea maximam diem habet hor. 15 cum octaua parte. Et distat ab Alex. uersus occasum ho.  $\frac{1}{2}$ .

Propriae Asiae

Cyricus maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae  $\frac{1}{4}$ .

Alexandri Troas maximam diem habet horarum. 15 ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  ferè.

Pergamus maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$   $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. quinta parte.

Smyrnia maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae octaua parte.

Ephesus maximam diem habet hora. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae quinta parte.

Myletus maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$  cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae octaua parte.

Cnidus maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ .

Et distat ab Alexandria uersus occasum horae  $\frac{1}{4}$ .

Sardis maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae octaua parte.

Magnesia maximam diem habet hor. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae octaua parte ferè.

Apamia Phrygiae maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Sitaque est ferè sub eodem Alexandriae meridiano.

Cibyra maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  cum octaua parte. Et distat ab Alex. nihil ferè.

Mitylene maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$  cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae  $\frac{1}{4}$ .

Chios maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria ad occasum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Rhodos maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. octaua parte.

Lyciae

Patara maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et sita est ferè sub ipso Alexandriae meridiano.

Andriaca maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Distatque ab Alexandria ad ortum ferè nihil.

Myra maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat parum ab Alexandria uersus ortum.

Galatiae

Sinope maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horae  $\frac{1}{4}$ .

Amisus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Ancyra maximam diem habet ho. 15 cum octaua parte. Et distat ab Alex. uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  ferè.

Therma maximam diem habet horarum. 15 cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum parum quid.

Pessenus maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum parum.

Pamphiliae

Sida maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria ad ortum hor. quinta parte.

Perga maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus ortum ho. octaua parte.

Aspendus maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria quantum Perga.

Termessus maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$  cum octaua parte. Et distat ab Alexandria quantum Perga & Aspendus.

Cappadociae

Trapezus maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum ho.  $\frac{2}{3}$ .

Comana Pontica maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  ferè.



Maza quæ & Cæsarea maximam diem habet horarū. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$  & decima quinta parte.

Armeniae minoris.

Comana Cappadociae maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Melitena maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ .

Nicopolis minoris Armeniae maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{2}{3}$ . ferè.

Satala Armeniae minoris maximam diem habet horarū. 15. cū octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{2}{3}$ . ferè.

Ciliciae

Selenus maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Pompeiopolis, quæ & Soli, maximam diem habet horarū. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Mallos maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

Tarsus maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Adana maximam diem habent hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . & quid plus.

## TABVLA. II.



SECUNDA tabula Asiae continet Sarmatiam, quæ in Asia est.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam septem ad duodecim. Terminatur autem tabula.

Ab ortu Scythia, & parte Caspii maris.

A meridie Albania & Iberia & Colchide, & parte Euxini ponti.

Ab occasu palude Mæotide atq; Sarmatia Europæ.

A septentrionibus terra incognita.

Insigniorum autem ciuitatum in eis.

Hermonessa maximum diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ .

Oenanthia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{2}{3}$  ferè.

Tanais maximam diem habet horarum. 17  $\frac{1}{6}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Tyrambe maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{12}$ . Et di

stat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{2}{3}$  ferè. Naubaris maximam diem habet hora. 17  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ .

## TABVLA. III.



SI AE tabula tertia continet Colchidem, Iberiam Albaniam, & maiorem Armeniam.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum quam undecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu parte Caspii maris, & parte Mediae,

A meridie Assyria & Mesopotamia:

Ab occasu Cappadocia, & parte Euxini ponti.

Ab Arctis Sarmatia Asiatica.

Colchidis insignes ciuitates.

Dioscuria maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{2}{3}$  & decima quinta parte.

Phasis maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{6}$ .

Iberiae

Artanissa maximam diem habet horarum 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1.

Armaetia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1.

Albaniae

Gætara maximam diem habet horarū. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. &  $\frac{1}{3}$  ferè.

Albana maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1  $\frac{1}{3}$  & decima parte.

Armeniae maioris

Artaxata maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{6}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. & quinta parte.

Armauria maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 & decima parte.

Thospia maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  cū octaua parte. Et distat ab Alexandria ad ortum hor. 1 ferè.

Aremita maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 &  $\frac{1}{4}$  ferè.

Tabula

TABVLA. III.



QVART A Asiae tabula continet Cyprum & Syriam, & Iudaeam, & ambas Arabias, petream & desertam. Mesopotamiam, & Babyloniam.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam quinque ad sex.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Assyriae & Susiana, & parte sinus Persici.

A meridie parte eiusdem Persici sinus, & felici Arabia, & interiori parte sinus Arabici.

Ab occasu parte Aegypti, & Aegyptio, & Syriaco & Paphilio mari, ac Iffico sinu, & Cilicia.

Ab Arcibus angustis Ciliciae, & parte Cappadociae, & maioris Armeniae.

Cypri ciuitates insignes

Paphus maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria ad ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Amathus maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

Salanus maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & octaua parte.

Syriae ciuitates insignes

Laodicia maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horis. 2 & quinta parte.

neas telas, filia, pastel, libros, & minutiora alia mercimonia plurima, ut gladios, specula, acus, &c. Est in  
Hispania principum uirorum Ducum marchionum comitum & uaronum ingens numerus. In Gallia est  
quidē nobiliū copia, sed maiorū dignitatū pauci admodum principes: quod regis opulentia auget, qui so-  
lus omnia possidet. Duces numerantur in Hispania uiginti, quorū cuiusq; annuus census quinquaginta ac  
sexaginta ducatorū millia conficit. Marchiones uiginti, tantundē ferè redditū percipientes. Comites sexa-  
ginta, quorū annuus redditus à decē ad uiginti millia est ducatorū, & aliquorū plus quàm quinquagin-  
ta. Alij Vicecomites, uarones, prouinciarum præfecti quos uocant adelantados, uicereges, gubernatores,  
mariscales, alcaldes, omnes principes uiri, mihi sunt incompti. Sunt ordinum equitum magni Magistri,  
ut Sancti Iacobi Alcantaræ, Calatraue, Rhodiensium sancti Ioannis, Montese, equitū quos uocant de Chri-  
stus, & alij cognomēto Dauis. Horum cuiusq; redditus millia ducatorū est quinquaginta & plus. Quo  
ad ecclesiasticas dignitates superior est numero Gallia. nā Archiepiscopos habet duodecim, Episcopos  
nonaginta sex: Hispania Archiepiscopos nouē, Episcopos quadraginta sex. Cardinaliū in utraq; par nu-  
merus, nēpe octonarius. Redditus horū maiores in Hispania, ut unica Toletana ecclesia ducenta millia du-  
catorū annuatim colligat, & solus Archiepiscopus octuaginta millia. Reliquorū oim cōsus & noia descri-  
berē, nisi essem forsā lectori morosus. Vice parlamētorū Gallie, quatuor sunt in Hispania iuridici con-  
uētus, in Castella Granata Galicia & Nauarra. Cæterū iurisperitorū & foro litigantium multo maior  
in Gallia numerus. Fidei quos uocāt ingitores in Marranos hereticos & Sarracenos magnā sibi in Hi-  
spania uendicant autoritatē, & seuerissime animaduertūt. Est aliud iustitie genus mirabile, quod uocant  
hermadad, est enim ciuū fraternitas iurata, ut in ictu cāpane ex urbibus singulis multa hoim millia ar-  
mati pdeant, & eū q deliquerit p uniuersam puincia psequatur, nūcijs cursoribus ad alias oēs ciuitates  
pmissis, ut penē impossibile fuerit euadere. deprehēsum palo uiuū alligatū sagittis cōficiūt. Regna fue-  
rūt in Hispania Maurorū tēpore plurima, nuper quinq; reges totā obtinuerūt, Castelle, Aragonū, Portu-  
galie, Granate, Nauarre. Vnus hodie Carolus Cæsar rerū oim potitur, Portugallia excepta, quæ ppriū  
habet regē. Inquietus est & magna molis Hispanorū animus, felices sunt ingenij, sed infelicitate discunt.  
Semidocti, iā se doctos putāt, sapientiā maiore quàm habeāt simulatione & uerbositate quadā ostentant,  
sophisticen plus satis diligūt, lingua Hispanica plus quàm latina in Academijs loqui gaudēt, quin & Mau-  
rorū uocabula plurima usurpāt: tandē multis noibus & cōsuetudinibus barbariem colūt. Ingenij sui mo-  
numēta in posteros & circūuicinas gētes ob lingue defectū raro pducunt, & ipsi semp aliūde libros emē-  
dicant. Illud certe barbarū à Gallis censetur, quod Hispanicæ foemine aurea uel argentea uirgula aurū  
ima perforant, gemma aliqua ut plurimū appensa. Ligneo etiā circulo uentrē ambiunt, ut latiore incessu  
pomposiores appareāt. nec domo egrediūtur, nisi fanulorū præcedētū & ancillarū sequētū comitante  
caterua: Gallicæ uerò simpliciter, & unā uix pedissequa comite. Illud in Hispanicis foeminis laudandū, q  
priscarum Romanarū iustar, uino plurimū abstinet. illud ut uiperādū, q collyrio, minio & cerusa faciem  
deformāt, quia natiuo colore sunt minore quàm Gallicæ. Habetur etiā Hispani in religionis ritibus supra  
mortales oēs superstitiosi: per regis solū & eius uitā gēilitio more iurant, & oscula manū in salutatio-  
nibus supplicant. Nomē aliquod à paucis annis bellica fortitudine Hispani sunt adepti plurimis ab hoste  
partis uictorij, ut qui laborū, sitis, & famis in acie sint toleratissimi, & in stratagematibus cautissimi, le-  
ui corpore, ut facile hostē fugiāt & sequatur. Frugalis uite sicut & Itali, nec tantū cibi & potus ut Galli  
& Germani absumētes: nisi sint inuitati. nā tūc se ad saturitatē explēt edulij, quia rara eis & maiori aui-  
ditate accidūt cōuiuia. Oceani nauigationibus ad incopertis regiones toto orbe sunt clarissimi. uersus me-  
ridiē Africæ fines primū circūnauigauerē, ad usq; Calcut & alias orientis insulas: quod iter Lusitanorū si-  
ue Portugalesiū est peculiare. Ad occidentē Castellani pgressi, post insularū auro diuitū multitudinē, quā  
inuenerē & imperio suo subiecerē, ad ipsum etiā Orientis Indiæ cōtinētē sint pducti: in quo indices magis  
& magis lustrando persistūt. Regionū quoq; quæ sub Australi polo sunt, notitiā nuper adepti.

A	O	R
1	2	3
4	5	6
7	8	9
1	1	1
2	4	6

# TABVLA III. EVROPÆ.

HÆ SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas tertia Europæ tabula complectitur.

Gallia Aquitana  
Gallia Lugdunensis  
Gallia Belgica  
Celtogallia Narbonensis

**T**ERTIA Europæ tabula continet Gallias, in quatuor prouincijs, cū insulis sibi adiacentibus. Medius ipsarum parallelus rationem habet ad meridianum, quam duo ad tria.

Circumscribitur autem tabula Ab ortu Italia & Rhetia ac Germania, à meridie mari Gallico.

Ab occasu montibus Pyræneis, & Oceano Aquitanico.

A septentrionibus Oceano Britannico.

Aquitaniæ Celtogallia.

Mediolanium maximam diē habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Burdigala maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{3}$  ferè.

Lugdunensis Gallia

Augustodunum maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{4}$ .

Lugdunū maximā diē habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexātria, uersus occasum, hor. 2. &  $\frac{1}{2}$  ferè.

Belgica Gallia

Rigiacum maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexātria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$  ferè.

Durocorturū maximam diem habet hor. 16 octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{4}$ .

Narbonensis Celtogallia

Massilia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$ .

Narbon & ipsa maximam diē habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$  & decima parte.


Vienna maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 &  $\frac{1}{2}$ .


Nemausus maximā diem habet horarū. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$ .

## AREA TABVLAE.

Tertia ergo Europæ tabula continet à partibus 15 usq; ad partes 29  $\frac{1}{2}$ . Fitq; Lōgigudo partiū 14  $\frac{1}{2}$ . Latitudo uerò à partibus. 42. usq; ad partes. 54. Ita ut Latitudo partium fiat. 12.

3





Septim<sup>o</sup> parallel<sup>o</sup> h<sup>o</sup> diem  
maiores h<sup>o</sup> 17

Sext<sup>o</sup> h<sup>o</sup> diem h<sup>o</sup> 16 1/2

Quint<sup>o</sup> h<sup>o</sup> diem h<sup>o</sup> 16

CIMA 7

Quart<sup>o</sup> h<sup>o</sup> diem h<sup>o</sup> 15 1/2

CIMA 6

Tert<sup>o</sup> h<sup>o</sup> diem h<sup>o</sup> 15 1/4



ALBIONIS INSVLE PARS

OCEANVS BRITANIC.

OCEANVS AQTIVANIC.

HISPANIE PARS

Morini Tongri

Beluaci

Atribat<sup>o</sup>

Auliora Cenomani

Aurica Reburna

AQVITANICA

Santon<sup>o</sup>

Vibis<sup>o</sup>

Aul<sup>o</sup>

Comu<sup>o</sup>

Lutani

Ambia

Beluaci

Vbaneti

Auliora Cenomani

Aurica Reburna

Recones

Turvy

Segusia

Auceni

Volce Tecto

Volce Tecto

Taruana

Cesaromago

Rothomago

Vesones

Augusta Vesomum

Carnute

Senones

Segusia

Volce Tecto

Volce Tecto

Menapij

Nerufij

Romandi

Triberci

Augusta Triberoz

Triacisy

Volce Tecto

Volce Tecto

Batunoduz

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

Beluaci

GERMANIE PARS

Miliariazo

43

42

41

40

49

48

47

46

44

44

44

43

29

28

27

26

24

24

23

22

21

20

18

17

16

14


14

13

# DE GALLIA.



**G**ALLORVM nomen magno tuit olim Romanis, Græcis & Asiaticis terrori, capta dirutaq; ab eis Roma, uictis Macedonibus, & subacta ea Asiae parte quæ ab eis Galatia siue Gallogræcia dicta est. Mira fecunditas Gallicarum fuit & est fecunditas, ut plurimas semper emiserit Gallia colonias: nec hodie potest Gallicum solum eos ferre, quin multa milia, inferioris sortis homines, in Hispaniam ac Germaniam quotannis migrant. Soli item fecunditas non minor, ut Itali & Hispani sæpissime soleant à Gallis frumenta desiderare. unde Mantuanus: terra hominum frugumq; ferax. Galli primo dicti à lacteo & candido colore, γαλα enim lac dicitur. Franci hodie uocantur à francis Germanie populis, à quibus Gallia ferè tota subacta est. Si mores hominum nosse cupis: Ignea mens Gallis, mobile pectus, rerum situbundi nouarum, læti, alacres, & in conuiuia proni. Causidicorum nomen apud Iuuenalem obtinere Galli, hodieq; tenent, ut qui forensia litigia pro re interim minima cõcitant: quod Germani & Hispani nunc nisi coacti faciunt. Vnde affirmare ausim plures esse aduocatos, procuratores, & tabelliones in una Gallia q̃ in decem Germanijs ac Hispanijs. Senatorum ordines, Parlamenta uocant, in aliquot urbibus pulchre sunt instituti, ut Parisijs, Rothomagi, Tolosæ, Burdegalię, Gracinopoli &c. Quatuor cuiq; presides, & consiliarij plurimi. Hi quasi Druidum concilij successores de rebus magnis & appellatione re mota sententias ferunt, Arresta uocant, quæ deinceps pro lege seruantur. Nec causidicis tantum, sed aliarum omnium disciplinarum professoribus est Gallia referta. Testis Parisiensis Academia, post ipsam Tolosana iuris peritorum mater, & aliarum plurimarum: sed omnium quæ in orbe sunt clarissima Parisiensis. Ad quam uniuersi ex Europa ferè christiani ad theologiã philosophiã, ac liberales ceteras disciplinas ediscendas concurrunt. Duodecim præterea uiros, Francie pares appellatos, à Caroli magni tempore obseruant Galli. Sex ecclesiastici, quorum tres duces, Remensis archiepiscopus, Laudunensis, & Lingonensis. Tres comites episcopi, Bellouacensis, Nouionensis, Catalaunensis. Secularium tres duces, Burgundus, Normanus, Aquitanicus: comites tres Frandrensis, Tolosanus & Campanus. Horum sex nullus extat, ipsomet Rege illos sibi titulos uedicante. Flãdriæ porrò comitatum Carolus Cæsar possidet cum Burgundiæ comitatu Holanda & Brabant. Cætera quæ in hac tabula continentur Rex ipsa possidet, excepta Reni ripa. Lotaringia etiam proprium habet ducem, sicut & Sabaudia. Caletes Anglorum Regi parent. Heluetiorum regio democratia regitur. De Rege Gallie duo memoranda feruntur. Primum, quod sit in Remensi ecclesia uas crismate perenni redundans ad regis coronationem cœlitus missum, quo Reges omnes liniuntur. Alterum, quod Rex ipse solo contactu strumas siue scrofulas curet. Vidi ipse Regem plurimos hoc langore correptos tangentem, an sanati fuerint non uidi.



# TABVLA III. EVROPAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas quarta Europae tabula complectitur.

Germania magna.



**Q**UARTA Europae tabula continet Germaniam magnam, cum insulis sibi adiacentibus. Medius ipsius parallelus rationem habet ad meridianum, quam tria ad quinque.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Iazygibus, Metanastis, & Sarmatia Europae.

A meridie Rhætia, & Norico, & duabus Pannonijs.

Ab occasu Gallia Belgica, per Rhenum fluvium.

A septentrionibus Germanico Oceano.

Germaniae ciuitates insignes

Amasia maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horis duabus ferè.


Luppia maximam diem habet horarum 16  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .


Rhobodunum maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Scandia insula maximam diem habet hor. 18. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1.

## A R E A T A B V L A E.

Quarta Europae tabula continet à partibus. 27  $\frac{1}{2}$ . usque ad partes. 46. Fitque Longitudo partium. 18  $\frac{1}{2}$ . Latitudo autem à partibus. 46  $\frac{1}{3}$ . usque ad partes. 59  $\frac{1}{2}$ . Fitque Latitudo partium. 13  $\frac{1}{8}$ . 4





47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

19. pal. h. 48  
17. pal. h. die 17

17. pal. h. die 17  
16. pal. h. die 16  
14. pal. h. die 14

19. pal. h. 48  
17. pal. h. die 17

17. pal. h. die 17

16. pal. h. die 16


14. pal. h. die 14

14. pal. h. die 14



# DE GERMANIA

**G**ERMANIA olim, si Tacito credimus, horrida syluis, & paludibus erat infœcunda, frugiferarum arborū & oīs culturę impatiēs. Nūc uerò ad eò tota colit, ut Hercynium nemus uix memoret. Indigenas esse, nec aliunde gentē migrasse pleriq; cōtendunt. Alij Teutoniam à Tuiscone Noë filio, & Alemaniā à Manno eius nepote dictā testant. Dicta & Germania, quod ueluti germani fratres cōditione pares uiuerēt. Lata ab initio regio, & latior p̄prio Marte facta. nā Rheno Danubio & Vistula fluminibus Ptolemæi descriptione gens cōclusa, undiquaq; imperiū & linguā progauit. Rhenū trāsgressa, Belgicæ Galliæ maximā partē & Heluetiorū agrum occupauit. Ultra Danubiū etiā Rhetiā, Vindelitiā, Noricū, & superiorē Pānoniā, Alpes, partēq; Illiriæ Germanici noīs fecit. Post Vistulā insup, Prusiā & alias Sarmatiæ partes Teutonici milites subegere. Demum Romanū nacti sunt imperiū. Ceterū imperatori nō admodū parēt: munitis ciuitatibus sese in libertatē uindicātibus, ecclesiasticis & alijs principibus reliqua occupātibus, ut Cæsari nudū ferè nomē super sit. Septem Germaniæ principes imperatorē ipsum eligūt, Rex Boemiæ, Comes Palatinus, qui & dux Bauarię, Dux Saxonie, Marchio Brandenburgensis, Archiepi tres, Coloniēsis, Treuerēsis, & Magūtinēsis. Vinū olim nō p̄ducebat regio, hodie frequēs uinearū cultus maxime circa Rhenū, tametsi in inferiori Germania ex frumētis & pomis potū cōficiāt. Argēto abundat, ut Itali Galli & Hispani argētū à Germaniæ negociatoribus passim querāt: lapidē etiā lazuli, Beryllū, Cristallū, & Amatistem. Pelles quoq; syluestriū ferarū preciosissimas. Particulariter autē ut uulgo dicunt, p̄ducit Hungaria boues, Bauaria fues, Frāconia cepas rapas & glyceriā. Sueuia meretrices, Boemia hereticos, Bauaria iterū fures, Heluetia carnifices bubsequas, Vuestfalia fallaces, tota deniq; Germania ac totus septētrio, gulones & potatores. Germanorum uestitus humilior, sed nostro modestior, rarusq; apud eos serici usus. Magnus pileus, enses lati obtusa cuspide, toga nō loga, nec breui pallio utunt. t̄ceminę ocreas pro caligis gestāt, tenuissima tela ad caput gyrū circūducūt. reliqua etiā earum ornamenta sunt ferè linea tenuissime cōp̄licata. In ciuili societate nō facile rixant Germani, nisi fuerint uino correpti. tūc enim primū abiectis mēsis pocula frāgunt, ac demū pugnis aut gladijs decertāt. Hyemē in hypocautis ob trigoris uehemētiā degūt. Rusticorū agricolarū misera cōditio, q̄ calis eluto lignoq; à terra paululū educētis, & stramine cōtectis, sparsi in rure uiuunt. Panis cibarius puls auenacea, aut decoctū legumē: potus, aqua, serum ue. Singulis pagis præfecti sunt, quos uocant Scultetos, qui rusticos irremissa seruitute exercēt, uexāt, & exugūt. Hinc factū ut nostris tēporibus rusticorū uiderimus seditionē, & in nobiles cōiurationē: sed succūbunt semper miseri. Prædiorū quæ possidēt maior pars nō sua est, sed illorū à quibus certa frugū parte quotannis redimūt: quibus & rus colūt, fructus metūt, horreis importāt, ligna secāt, domos edificāt, fossas fodiunt. Nec est qui iussa facere audeat recusare. In urbibus ornatio politia: magistratus deligūt, qui de capite animaduertūt, & oīa meri imperij iura exercēt: nō iuxta Cæsaris leges, sed prout ratio & consuetudo dicit. Sūt uiri Germani rutilo colore, grādiōribus mēbris, bello strēnui: sitis tamē, famis æstus & iugis laboris sunt impatientissimi: ad primos impetus subita & præceps natura: probi, ueraces, minime astuti: raro unus aliū in negociatione decipit, quod tamē Galli & ceteri sepius faciūt. Sunt etiā Germani in dei cultū propensi, excepto quod imbutas semel opiniones non facile deserunt, nec in schismate queunt ad concodiam reduci, sed hæresim quisq; suam ualide tuetur.



# TABVLA V. EVROPAE

HAB SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas quinta Europae tabula complectitur.

Rhaetia & Vindelicia.  
Noricum.  
Pannonia superior.  
Pannonia inferior.  
Illyris,  
Liburnia.  
Dalmatia.



**E**UROPAE tabula quinta complectitur Rhaetiam, & Vindeliciam, ac Noricum, duasque Pannonias, & totam Illiridem, cum insulis sibi adiacentibus.

Medius eius parallelus rationem habet ad meridianum, quam quadragintatria ad sexaginta.

Circumscribitur autem tabula

Ab oriente Iazygibus Metanastis. & Mysia superiori.

A meridie parte Macedoniae, & sinu Adriatico, & parte Italiae.

Ab occasu parte Galliae.

A septentrionibus Germania, per fluvium Danubium

Rhaetiae

Brigantium maximam diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum horis duabus.

Vindeliciae

Augusta Vindelicorum maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Norici

Aredate maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Iulium Carnicum maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . & quid parum. Distatque ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Pannoniae superioris

Petouium maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Sacrabantia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Emona maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$  & aliquid plus. Distatque ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Pannoniae inferioris

Serbinum maiorem diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria, uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Sirmium maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1.

Illyridis

Iadera Liburniae maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Sidrona maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$  ferè. Et distat ab Alexandria ad occasum hor. 1  $\frac{1}{6}$ .

Salonae Dalmatiae maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{6}$ .


Narbona maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1.

Scardona insula maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$  ferè.

## A R E A T A B V L A E.

Quinta Europae tabula continet à partibus. 29  $\frac{1}{2}$ . usque ad partes. 47. Et fit Longitudo partium. 17  $\frac{1}{2}$ . Latitudo à partibus 41 usque ad. 48. Fitque Latitudo partium. 7.





MAGNE GERMANIE PARS

IAZIGV METANA  
STARZ PARS

PANONIA  
SVPERIOR

NORICV

RETIA

VINDELICIA

HISTRIA

HADRIATICVS

ITALIE PARS

MARE LIGVSTICVM

MACEDONIE PARS

31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47

47  
46  
45  
44  
43  
42  
41  
40

48  
47  
46  
45  
44  
43  
42  
41  
40




# TABV. V. EVRO.

**S**VPREMA portio totius Germaniæ Suevia est, duobus clarissimis fluminibus, Rheno, & Danubio irrigata. Quorum alter modico fluxu in occidentem Oceano miscetur. Hic è diverso in orientem per innumeras gentes uolutatus, pontum influit. Terra partim plana, partim montosa. Ager fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter, quam aut lacus, aut montes, uel syluæ occupant. Nemora in ea multa, & ob id gēti uenatio frequēs, aucupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorū magna uis. Conualles plurimæ, perennis riuis, clarissimi undiq; amnes procurunt, qui se uniuersi in Rhenum & Danubium exonerant. Tota in super provincia salubritate gaudens, celebratissimis urbibus, uicis, & castellis refertis. Arces excelsæ, natura & arte munitæ. Et (quod ad Christianam religionem pertinet) pulcherrimis atq; ditissimis templis, collegijs, monasterijs uariorum ordinum, sexus utriusq;. Basilicis, parrochialibusq; ecclesijs est exornata. Circa montes ferrū, argentum, & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax, & belliosa, procera corpore, flauo crine, uenusta facie, & decora. Ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorū à Plutarcho dicta.

## DE BAVARIS

**B**AUARIA Germaniæ provincia, ab Auaribus Hunnorum reliquijs, qui Noricis expulsis, in ea terra confedere, adiecta B litera, appellata. Boioaria etiam à Boijs cisalpinæ Galliæ populis, in his locis aliquando moratis dicitur. Noricū olim fuit. Hungariam ab oriente habet, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, à septentrione Franconiam atq; Boemiam. Danubio insigni fluuio ex Suetiā profuente irrigatur. Austriā, Styriā, & Carinthiā in se comprehendit, q̄ ijdem fere homines, ijdem moribus atq; lingua utantur, Noricis præterea finibus quondā contenti erant. Beatus Lucius Britanniæ rex primum, deinde Rupertus, ultimo Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Christianā pietatem edocuit. In quatuor episcopatus Bauaria diuiditur. Saltzburgen. Patauien. Phrisingen. & Ratisponen. Nulla Germaniæ provincia pluribus, cultioribusue urbibus illustratur. Gētis mores, uiuendiq; instituta ex legibus, quas orthodoxa fide recens suscepta habuere, cognosci possunt. Vicius eorum caules & porcorum carnes, quorum capitibus specialiter oblectantur in conuiujs.



# TABVLA VI. EVROPAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas sexta Europae tabula

complectitur.

Italia.

Cyrnos insula.



**S**EXTA Europae tabula continet Italiã totam, & Cynnum insulã, cū insulis Italiae adiacentibus. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor.

Terminatur autem tabula

Ab ortu sinu Adriatico, & Ionio per lago.  
A meridie, partim Adriatico, & Tyreno, necnon Ligustico mari  
Ab occasu Alpium montibus, qui iuxta Galliam sunt.  
A septentrionibus alpiũ, qui sub Rhetia & Vindelicia sunt, montibus, ac Alpino monte, qui sub Norico est, uocaturq; Caruãga, & parte sinus Adriatici.

Insignes Italiae Ciuitates

Roma regia maximã diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .  
Nicaea Massiliensium maximã diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$ .  
Tarracinae maximã diem habent hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .  
Neapolis maximã diem habet hor. 15. ferẽ. Et distat ab Alexandria uersus occa-

casum hor. 1. &  $\frac{1}{3}$ .

Brundisium maximã diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 & quinta parte.

Ancon maximã diem habet horarum 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Rauenna maximã diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Aquilegia maximã diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  ferẽ.

Beneuentus maximã diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{4}$ .

Capua maximã diem habet horarũ. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Cyrni insule


Valeria maiorẽ diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 ferẽ.

Mariana maximã diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 ferẽ.

## A R E A T A B V L A E

Sexta Europae tabula continet à partibus 27  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 43. Et fit Longitudo partium 15  $\frac{1}{2}$ . Latitudo à partibus 37  $\frac{1}{3}$ . usq; ad partes 45  $\frac{1}{4}$ . Et fit Latitudo partium 7  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ .


6



Milia 44

Milia 41

Milia 49



14 pal. 50 1/2

Clima. 6.

13 pal. 50 1/2

12 pal. 50 1/2

Clima. 5.

11 pal. 50 1/2

## TABVLA VI. EVRO.



**I**TALIA olim Hesperia, ab Hespero Atlantis fra-  
tre dicta est. Siue (ut Macrobius iquit) ab Hespero stel-  
la, quod illius occasui subiecta sit. Est regio, metallis gra-  
uida, ubique uitalis, & perennis salubritas, eximia cœli  
temperies, campi fertilitas, aprici colles, iunoxij saltus,  
opaca nemora, munifica siluarum genera, mira frugū,  
uitium, & olearū fertilitas, nobilia pecori uellera, opima tauris colla.  
perspicui & piscosi lacus, flumina fontesq̄ saluberrimi, portus plurimi.  
ipsa auidē, ad mortales iuuādos, in maria procurrēs, & uelut gremium  
omniū gentiū cōmercio pandens, ut fei ē dicta sit à quibusdā, terrarum  
omniū alumna, atq̄ eadē parens, cœlestiū prouidentia electa, quæ spar-  
sa congregaret imperia, molliretq̄ efferatarū gentiū ritus, discordes ad  
colloquia linguas, munere literarum, latinoq̄ sermone cōgregaret. Co-  
lor Italis, & statura penē diuersa est in cisalpina Gallia, Venetoq̄ reces-  
su, color uulgo candidus, cultus & sermo accuratior. Contrā in Hetru-  
riæ tractu, Latio, Campania, & Brutijs, capillus niger, breuior statura,  
& macilenta, sermo & cultus simplex. Non iidem omnibus mores, aut  
uiuendi ritus, nec iura eadem. Pontificio hi, Cæsareo illi, alij municipa-  
li iure potissimum utuntur. Omnibus id cōmune ut frugaliter uiuant,  
nitide uestiantur, tonso capite incedat, per breuibus Hispanicis pallio-  
lis contecti, crura ostentantes. Veneti quorū urbs terra maricq̄ opibus  
maxime pollet, laxiore uestiuntur toga, qualē Græci, Turcæ, Russiani,  
ac reliqui septentrionales usurpāt. Maiorū suorū habitu ita delectantur,  
ut sepissime eas uestes gestēt nepotes quas tritauī gestarūt. Abūdāt cō-  
silio, in loquēdo tardi, & pronūciatio insuauis, ridicula quadā magnifi-  
cētia. uerbis officiosi, re ipsa nihil prorsus. fingunt condonare iniurias,  
sed si quādo occasionē nāciscūtur, nulli crudelius ulciscunt. Iuramentis  
& blasphemijs in deū horrēdis passim utunt. Mediolanēses Gallis exo-  
si, uicissim tā illos quā Hispanos odiētes, neutris satis cōfidūt. Oratio  
eorū rudis, sermo cōcitatus: sed multo rudior & molestior Pedemonta-  
norū. in bello nō ualent nisi multi simul. Genuēsū oratio ridicula neq̄  
literis cōsignari pōt: elegās tamē eorū uestitus, ut neq̄ sagati sint, neq̄  
togati. Cōsilio & fide sibi nō admodū cōstāt, ad rebellādū apti, inhospi-  
tales sunt, & beneficiorū immemores. Tuscorū lingua inter Italos cō-  
mēdatur, magni semper fuere sacrificuli, ut qui romanos olim multas  
in deorū religione ceremonias edocuerunt. in uniuersum magis adhuc  
superstitiosa gens quā pugnax. Superba Roma, gentium imperio ui-  
duata, sedes facta summi pontificis. Assistent ei purpurati cardinales,  
qus oēs habet iā totus orbis Christianus numero quadragintasex. Ze-  
lotypi sunt Romani, & uindicāt seuerissime uxorū adulteria. Pistorien-  
ses Italarū factiosissimi, sunt partim, ut uocāt, Panchiati, Gibellinorū  
sectæ, qui imperatoris partes dēfendūt: alij dicti Canchellierij, Gelphi,  
qui regis partes sequunt. Neapolitani oīm consilia respuūt, syluestres,  
loquaces, adultores, iniuriarū strēnuū ultores, beneficiorū maxime me-  
mores. Fumosas in adamatis sceminis imagines quærūt, minio & ceru-  
sa laruatas: neq̄ amāt nisi sit elato animo, & ancillarū gregē secū ducat.  
Hispanicū sermonē affectāt, ac eorū instar equis insidēt, hastiludia exer-  
cēt, summa corporis dexteritate nūc in hāc, nūc ī illā partē flectūt. Splē-  
dide uestiunt, opobalsama spirāt, plus saccari quā panis absumūt, cau-  
libus etiā uescūtur libētissime. Irrident Neapolitani Calabros, Calabri  
Appulos, hos autē oēs Romani, Romanos Hetrusci, quos & alij uicis-  
sim irridēt: quin & mortales cæteros oēs irridēt Itali, contēnūt, & bar-  
baros appellant: cum sint ipsi tamen nunc Hispanis, nunc Gallis, nūc  
Germanis prædæ expositi.



# TABVLA . VII . EVROP.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas septima Europæ tabula

complectitur.

Sardinia insula.

Sicilia insula.



**E**UROPAE tabula septima continet Sardiniam & Siciliam insulas. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quã quatuor ad

quinq;

Circumscribitur autem tabula

Ab omni parte pelago.  
Ab ortu Adriatico.  
A meridie Africano.  
Ab occasu Sardo.  
A septentrionibus Ligustico & Tyrreno.

Sardiniae insulae

Sufaleos maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   
Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ .

Carallis maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Turris Byssonis maximam diem habet horarũ 14.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2. ferẽ.

Gurullis noua maximã diem habet hor. 14.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus

occasum hor. 2.

Siciliae

Lilybæum maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Syracusæ maximam diem habent hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distant ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Messena maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Centuripæ maximam diem habent hor. 14.  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Segesta maximam diem habet hor. 14.  $\frac{1}{2}$ . & quid parum, Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor. 1.  $\frac{1}{2}$ .

Catana maximam diem habet hor. 14.  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1.  $\frac{1}{3}$ .


AREA TABVLAE.

Septima Europæ tabula continet à partibus. 29  $\frac{1}{3}$ . usq; ad partes. 40. Fitq; Longitudo partium. 10  $\frac{2}{3}$ . Latitudo autem à partibus. 35  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 39  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Fitq; Latitudo partium. 4  $\frac{1}{4}$ .





TABV LAVII. EVRO.



11. parall.  
hñs diem  
maxi. ho.  
14 1/4.

Cli. 4.

10. pa.  
habēs  
diem  
maxi.  
hora.  
14. 1/2.

# DE SICILIA.



**S**ICILIA Romanorū horreū, sexcentis ac duo de uiginti passuum millibus ambitu patet, à Possidonio, quē sequitur Diod. Siculus, stadijs quater mille & quadringentis definitur, quondam Brutio agro coharēs, mox interfuso mari auulsa ad mille & quingentos freti latitudinis passus: in eoq; uorticoso fretto Scylla & Charybdis, ambo clara sæuitia. Primi eā habitasse feruntur Iberi duce rege Sicano, unde dicta Sicania. Successit Siculus Neptuni filius cum Amplissima Græcorum manu. Trianguli figura tribus promontorijs Peloro Pachyno & Lilybæo clauditur.

## DE SARDINIA

**S**ARDIS Hercule procreatus, cū magna multitudine à Libya profectus, Sardiniam occupauit, & ex suo uocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in aphrico mari, facie uestigij humani, tā in Orientem q̄ Occidentem latior prominet, fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & septentrionem uergunt. Terra patens in longitudine miliaribus. 140. In latitudine. 40. In ea neq; lupus, sed solifuga tantum animal exiguū, hominibus perniciosum. Venenum quoq; non nascitur ibi, nisi herba, per scriptores plurimos & poetas memorata, Apiastro similis, quæ hominibus risum contrahit, & quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelā præbentes, furibus cecitatē, si sacramēto dato, oculos aquis eius tetigerint.

## DE CORSICA

**C**ORSICAE Insulæ exordium Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam mulier quædā Ligur, Corsica nomine, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, transnatare solitum, atq; per interualla, corpore aucto, remeare uideret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum è cæteris digredientem, usq; ad insulam, nauigio profecta est, cuius regressu, insulæ fertilitatem cognoscentes, ligneis ratibus illic profecti sunt, eamq; nomine mulieris autoris & ducis appella uerunt. Hæc Græce Cyrene dicitur, à Cyreno Herculis filio inhabitata.



# TABVLA . VIII . EVROP.

HÆ SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas octaua Europæ tabula complectitur.

Sarmatia in Europa.  
Taurica Cheronesus.



**O**CTAVA Europæ tabula cōtinet Sarmatiā, quę in ea est, & Tauricam Cheronesum.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quam undecim ad uiginti.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Bosphoro Cimmerico, & Meotide palude, ac Tanai fluuio, iuxta Sarmatiam, quę in Asia est.

A meridie Pontico mari, & parte Mysię inferioris, & Dacia, ac Iazygibus Metanastis.

Ab occasu montibus Sarmaticis appellatis, ac Germania, & Vistula fluuio.

A septentrionibus Venedico sinu, & Sarmatico Oceano, ac terra incognita.

Sarmatię insignes ciuitates

Tamyraca maximam diem habet horarum æquinoctialium . 16 . Et distat ab

Alexãdria uersus occasum horę unius æquinoctialis parte decimaquinta ferè. Naubarum maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horę unius parte octaua.

Olbia, quę & Borystenes, maximam diē habet hora. 16. Et distat ab Alexandria uersus occasum horę quinta parte.

Tauricę Cheronesi

Theodosia maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horę unius parte quinta


Panticapęa maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Distatq; ab Alexandria ad ortū quarta parte horę unius.

AREA TABVLÆ.

Octaua Europæ tabula continet à partibus. 42  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 72.  $\frac{1}{2}$ . Et fit Longitudo partium. 30. Latitudo à partibus 46.  $\frac{1}{3}$ . usq; ad partes 63. Fitq; Latitudo partium 16.  $\frac{1}{3}$ .

8





Mil. 322

Mil. 40.

20. para. hñs hō. 19

10. hñs hō. 18.

18. para. 17.

17. para. 16.

16. par 10

19. 15.

48

# TABV. VIII. EVRO.

**P**OLONIA Europæ regio, uasta & plana unde & hoc nomen accepit. Significat enim Sclauonica lingua, qua & ipsa utitur, Pose planum, Sarmatia alio nomine uocata. Hæc Slesia ad orientem cōtermina est. Prutenis & Massouitis à septentrione. Ab oriente Ruthenis. A meridie Hungaro Carpatho monte, quem Crapak accolæ uocant, interiacente. Hæc in partes duas diuiditur. Quarum quæ Saxonibus, Prutenisq; uicina est, maior Polonia dicitur, Altera Hungariæ ac Russiæ obiecta, minor uocata. Regnum uniuersum, in quatuor uelut regiones diuisum, quas in orbem rex quottannis inuisit. Singulæ ternis mensibus alunt regem, regiumq; comitatum. Cæterum si casu consilio ue is in una regni parte diutius esse perseuerauerit, nihil debetur ipsi amplius. In Cracouia celebri & amplissima urbe, regia est, totiusq; regni gaza. Cæteræ ciuitates parum nitidæ sunt, ex maceria domus ferè omnes cōpositæ, pleræq; luto collinitæ. Plaga regionis nemorosa. Gens in uniuersum prudens, multaq; comitate in hospites. Bibacissimum genus hominum totius septentrionis, sed rarus uini usus, ignotusq; genti omnis uinearum cultus. Fictitia ex tritico, alijsq; generibus seminum potio in usu est. Solum ferax, triticoq; abundans. Est & pascuis idoneum, armenta late pascuntur, Venatio multiplex. Equus siluester, ceruino cornu, bos ferus, quem Vrum uocant Romani. Plumbum dumtaxat ex omnibus metallis fodiūt Poloni, & salem saxorum duritie, nullumq; toto regno uberius uectigal. Mellis copia tam ingens, ut non satis illis atq; Ruthenis loci supersit, quibus illud recondant, arbores namq; montes, & siluæ, aluearibus mellificantium nigricant. Literarum figuratio & gētili, & Græcanico mixta. Promiscuus & fidei ritus, in Romanum & Græcum. Virorum & mulierum uestitus Græcanico similis.



# TABVLA IX. EVROPAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas nona Europae tabula complectitur.

Iazyges Metanastæ.

Dacia.

Mysia superior.

Mysia inferior.

Thracia.

Chersonesus.



**E**UROPAE tabula nona continet Iazyges Metanastas, Daciã, utraq; Mysiam, Thraciã, & chersonesum. Medius ipsius parallelus ratione habet ad meridianum, quam. 43. ad. 60.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Pontico mari, & Thracio Bosphoro, atq; Propontide, & Hellespõto.

A meridie Aegeo pelago, & Macedonia  
Ab occasu Pannonia inferiori, ac Dalmatia.

A septentrionibus Sarmatia, quae est in Europa.

Iazygum

Gormanum Iazygum maximam diem habet hor. 16. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Daciae

Salinae maximam diem habent hor. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distant ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{2}{3}$ .

Zarnisegethusa regia maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1. ferè.

Mysiae superioris

Rhætiaria maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Scupi maximam diem habent hor. 15  $\frac{1}{6}$ . Et distant ab Alexandria uersus occasum horae  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Mysiae inferioris

Odessus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius partem tertiam.

Oescus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{2}{3}$ .

Thraciae

Aenus maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{2}$ .

Apollonia maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{3}$ .

Cõstantinopolis, uel Byzantiũ maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{3}$  ferè.

Perinthus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{3}$ .

Nicopolis maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Lysimachia maximam diem habet horarum 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Proconesus maximam diem habet hor. 15 parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. unius tertiã ferè pte.


Chersonesi

Elæus maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$  & decima parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Sestos maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexã. uersus occasum hor. unius  $\frac{1}{3}$ .

## AREA TABVLAE.

Nona Europae tabula cõtinet à partibus 42  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes 57  $\frac{1}{2}$ . Et fit Longitudo partiũ 15. Latitudo à partibus 40  $\frac{2}{3}$ . usq; ad partes 48  $\frac{1}{2}$ . Fitq; Latitudo partium 7  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .



dies h. 16

CIL. VI. VII

dies h. 15  
CLIM. 6.


horast. 15

horast. 15  
CL. V.

# TABV. IX. EVRO.



**H**VNGARIA nunc sanè ea regio est, quæ olim Pannonia fuit, licet hæc hodie illius fines non omnino impleat, nec tam late quondam patuit, quàm hodie Hungaria. Enimuerò à Iaytha flumine interiorẽ tantum Pannoniam usq; ad Sarmatiam amnem complexa, ultra Danubium, Poloniam attingit, terramq; complectitur, quam Gepidæ & Daci tenuerunt. Patetq; imperium gentis, multo latius, quàm terræ nomen. Erat hæc terra (ut prisci rerum scriptores habent) nouem circulis, quos Hagas Germanica lingua dicimus circumdata. Quorum singuli ita stipitibus quernis siue fagineis uel ambiegineis extructi erant, ut de margine ad marginem uiginti pedum spacium tenderetur in latum, totidemq; erigeretur in altum. Ciuitas autem uniuersa, aut durissimis lapidibus, aut tenacissima creta repleretur. Porro superficies uallorum eorundem integerrimis cespiti- bus tegetur. Inter quorum confinia, arbutulæ plantatæ erant, quæ abscisæ, proiectæq; ut plurimùm herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad secundum, uiginti miliaria teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita usq; ad nonum, quæuis alius alio semper contractior erat. Intra hos aggeres uici uillæq; ita constitutæ, ut ab una ad aliam uox hominis audiretur. Aedificia ualidissimis muris præmunita. Portæ non satis latæ, propter hanc causam, ut per eas latrocinandi gratia, quæ- uersum exire ingrediq; facile possent. Tubarum clangore unus circulus, alteri cuiusq; rei certa signa dabat. Vrbs Hungariæ regia, est Buda, à Buda Athilæ fratre appellata. Ager regionis, quatenus incolitur, tritico fertilis est. Auro atq; argento diues. Mirum est, quod indigenæ narrant, esse in Pannonia riuum, in quo si sepius ferrum mergatur, cuprum fieri. Viri uestes superne excuant, circa interscapilium, linea subtus tunica circa collum & humeros quodam tenus apparens, quam partem serico & auro ferè omnes exornant, indifferens, in caliga, coturno superinducto. Capillos inungunt, concinnantq;, lineo galericulo cõtègunt rostroq;, nec nisi in ocio resoluunt. Qui mos & à plerisque Germanis obseruatur. Muliebris uestitus strictior, & ad collum subductus, ut omnia tegantur, tantum lineæ tuniculæ ora emineant, preciosissime ornata. Vestibus togam superinducunt. Serico caput aut lineo componunt uelamine, ac præter oculos & nasum, cætera ferè abscondunt. Gemmis & margaritis uulgo utuntur. Coturno calceantur, uiri sceminaq;, ad media crura inducto. Annulgent defunctos, & quosdam biennio. Barbam rasitant, præterq; superiori labro. Orthodoxæ fidei cultus ex lege iudicant.





# TABVLA X. EVROPAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas decima Europae tabula complectitur.

Macedonia. Epyrus. Achaia. Peloponefus. Creta infula.

**E**UROPAE tabula decima continet Macedoniā, Epirū & Achaiā, Peloponefumq̄, & Cretā infulā, & Eubceam, cum infulis adiacentibus.

Medius eius parallelus, rationem habet ad meridianum, quā septem ad nouem.

Terminatur autem tabula Ab oriente Aegeo pelago, Myrtooq̄ & Carpathio.

A meridie Adriatico pelago, & Libyco.

Ab occidēte Ionio pelago, & Adriatico.

A septentrionibus autem Dalmatia, & Myfia superiori, & Thracia.

Macedoniae ciuitates insignes

Dirrachium maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hora. 1.

Theffalonica maximā diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Amphipolis maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{3}{4}$ .

Heraclaea maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . ferē.

Aedessa maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Distatq̄ ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Pella maximā diē habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus occasum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Larissa Pelasgiensium maximam diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{3}{4}$ .

Casandria maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus occa. ho.  $\frac{3}{4}$ . ferē.

Lemnos infula maximā diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & aliquid plus.

Epiri ciuitates insignes

Nicopolis maximā diē habet ho. 14  $\frac{3}{4}$  ferē Et distat ab Alex. uersus occasum ho.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$

Ambracia maiorem diem habet horarum 14  $\frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  ferē.

Corcyrae infulae ciuitates insignes

Ciuitas eiusdem nominis maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$  parte octaua ferē. Et distat

ab Alex. uersus occasum hora. 1. ferē.

Cephalenia infula maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Distatq̄ ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Achaiā ciuitates insignes

Thebae Boeotiae maximam diem habent hora. 14  $\frac{3}{4}$  ferē. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Megara maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$  parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta.

Athenae maximā diē habēt ho. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Peloponefi ciuitates insignes

Mesena maximā diē habet ho. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus occasum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Corinthus maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$  & parte octaua.

Tegea maximā diē habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Argos maximā diē habet ho. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uer. occa. hor.  $\frac{1}{2}$  & pte octa.

Lacedaemon maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Eubcae infulae ciuitates insignes

Chalcis maximā diem habet hor. 14  $\frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexā. uersus occasum ho.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Carystus maximā diē habet hor. 14  $\frac{3}{4}$ . Distatq̄ ab Alexandria occasum uersus hora.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta.

Cretae infulae

Gortyna maximam diem habet ho. 14  $\frac{1}{2}$ . Ac distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Cnosus maximā diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Distatq̄ ab Alexandria uersus occasum

tertia pte horae unius & uigesima parte.

## AREA TABVLAE.

Decima & ultima Europae tabula continet à partibus 44  $\frac{1}{2}$ . usq̄ ad partes 55  $\frac{1}{2}$ . Et fit Longitudo partium. 11  $\frac{3}{4}$ . Latitudo à partibus 34. usq̄ ad partes 42. Fitq̄ Latitudo partium. 8.

Sunt igitur Europae Tabulae decem.

Prouinciā. 34.

Ciuitates. 118.



# TABV. X. EVRO.






**T**HESALIA à Thessalo rege dicta est, quæ ad meridianam plagam, Macedonia cõiuncta est, cuius à tergo Epirus est. Multa sunt in Thessalia flumina & oppida. Inter quæ præcipua Thessalonica. Ibi est & mōs Parnasus, quondā Appollini cõsecratus. Thessalia patria Achillis, & origo Iapitharū fuit. De quibus fertur, q̄ hi primo equos frenis domuerunt, unde & Centauri dicti sunt. In Thessalia primi solidi aurei facti sunt, domādorū quoq̄ equorū usus primum repertus est.

## DE MACEDONIA.

**M**ACEDONIA in exordio ab Emathio rege, Emathia nomen habuit, sed Macedo Deucalionis materis nepos, postq̄ ibi accepit principatum, mutavit uocabulum, Macedoniamq̄ à suo nomine dixit. Patria magni Alexandri, & regio, aureis uenis, argentiq̄ opima. Lapidem quem Pyriten uocant, ista gignit. Mons Olympus in ea est, qui excellenti uertice tantus attollit, ut in cacumine eius nec nubes, nec uenti sentiant.

## DE ACHAI A.

**A**CHAI A ab Acheo rege, & urbs, & prouincia appellata est. Hæc peninsula est. Huius caput est urbs Corinthus, Græciæ decus. Archadia pars Achaia est, ut platani folium, inter Ionium & Aegeum mare ab Euro exposita, quam Arcas Iouis & Calistæ filius, Pelasgis in deditionem redactis, ex suo nomine Archadium nuncupauit. Ipsa est & Siciona, à Sicioni rege dicta. Habet autem fluuium magnū Eurotum, Abeston quoq̄ lapidem, qui semel accensus, nunq̄ extinguitur. Candidissimæ etiam merulae ibi nascuntur.



# PRINCIPIVM APHRICAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas prima Aphricae tabula  
complectitur.

Mauritania Tingitana.

Mauritania Caesariensis.

## TABVLA I. APHRICAE.

**P**RIMA Aphricae tabula continet ambas Mauritanias, Tingitanam, & Caesariensem. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aphrica.  
A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliam.  
Ab occasu occidentali Oceano.  
A septentrionibus freto Herculeo, & Iberico pelago, & Sardo.

Mauritaniae Tingitanae  
ciuitates insignes

Tingis maximam diem habet horarum aequinoctialium.  $14 \frac{1}{2}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .  
Lixa maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .  
Volubilis maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{4}$  Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$  ferè.  
Zilia maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum

hor.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Caesariensis ciuitates insignes


Cartena maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{3}$   
Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3.  
Iulia Caesarea maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .  
Saldæ maximam diem habent hor.  $14 \frac{1}{8}$   
Et distant ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$ .  
Oppidium nouum maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 ferè.  
Zuchabari maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ .  
Tubusuptus maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$ .

### AREA TABVLAE

Prima igitur Aphricae tabula continet à partibus. 5. usq; ad partes.  $27 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$  Et fit Longitudo partium.  $22 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Latitudo à partibus. 26. usq; ad partes. 36. Fitq; Latitudo partium. 10.

11





11.5° per hunc diē  
maiorē hōz 14'  
1/2

10.5° per hunc diē  
14'  
Clima 4

9.5° per hunc diē  
14'  
1/2

8.5° per hunc diē  
14'  
1/2  
Clima 3

7.5° per hunc diē  
14'  
1/2

Miliaria 50


Miliaria 53

Miliaria 58

# TABV. I. APHRI.



**A**PHRICA ab orientis parte Nilo, à cæteris partibus mari terminata, Europa breuior, ubi mare attingit, latior, unde in iuga exurgens, pergît in curua, ad occâsum fastigiatq; se molliter, & fit paulatim adductior. Vbi finitur, angustissima est. Quantum incolitur, fertilitatem prætat. Verum maxima pars inculta est, & uel ab arenis sterilibus obducta, uel ob situm cœli deserta, uel multo ac malefico animalium genere infesta. Mare quo à septentrione cingitur Libycum uocatur, à meridie Aethiopicum, ab occidente Athlanticum. A quatuor, non amplius nationibus, ab initio Aphricû solû incolebat. Quarum duæ indigenæ sunt, totidē nō indigenæ. Indigenæ quidē Pœni atq; Aethiopes. Quorū alteri ad Aquilonem Aphricæ, alteri ad Austrum incolunt. Aduenæ uerò Phœnices & Græci uetustiores, Aethiopes, necnō & Aegyptij (si uera sunt, quæ ipsi de se prædicant) asperi & inculti. Ab initio ferinæ carnes, herbæq; ueluti pecoribus, uulgo cibus fuit, neq; moribus, neq; legibus, neq; imperio ullo usi, uagi, temereq; palantes, nullas certas sedes habuere, ubi nox oppresserat, ibi corpora quieti dabant. Postea uerò ab Hercule (qui & in eam terram colonias deportasse dicitur) mitiores cultioresq; facti, ex his nauibus, quibus in Libyam transfreta uerunt, tuguria fecerunt, & conuenire cohabitareq; cœperunt. Terra Aphricæ inæqualiter colitur. Ad meridiem plurimum, ob nimios æstus deserta. Contrà, qua Europam spectat, frequentior illi cultus. Eximia & propemodum portentosa agrorum feracitas, utpotè qui locis quibusdam centesimo fœnore reddant cultoribus messem. Mirum est, quod de Mauritanix ubertate dicitur, esse in ea uites, quas duorum hominum complexus capere non possit, Vuarum racemos cubitales, Staphilini, Hippomaratri, & carduorū scapos duodecim cubitorum. Enormi crassitudine calami, Indicis similes, quorum nodi octo capiunt nodulos. Asparagos ad hæc uideri, haud minus notabili magnitudine. Arborès circa Athlantem, proceritate insigni, enodi nitore folio cupressi. Sed omnium nobilissima Citrus, Romanis delitijs inserta. Alit & Aphrica Elephantes, & Dracones, qui ipsis beluis insidiantur, suoq; complexu enecât, Leones, Bubalos, Pardales, Capreas, & simeas, quibusdam locis supra modum frequentes. Sunt & Camelopardales, Rhifes, thauris similes. Herodotus & cornutos asinos ibi nasci, author est. Et Dracones insuper Hyænas, Histrices, agrestes arietes, Thoas ex hyæna & lupo genitas, Pâtheras, Ciconias Pigardos, Strutios, & præter multa genera serpentum Cerastras & Alpidem. Cui pesti Icnemonem minimū animal opposuit natura.



|     |   |   |   |   |   |
|-----|---|---|---|---|---|
| AOR |   |   |   |   |   |
| 1   | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
| 6   | 7 | 8 | 9 |   |   |
| 1   | 1 | 1 |   |   |   |
| 2   | 4 | 6 |   |   |   |

# TABVLA II. APHRICAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas tertia Aphricæ tabula  
complectitur.

Aphrica.

Numidia.



APHRICAE tabula se-  
cunda cōtinet Aphricam  
& insulas quę circa ipsam  
sunt.

Parallelus ipsius medius ra-  
tionem habet ad meridia-  
num, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Cyrenaica.

A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliã  
& Eremum.

Ab occasu Mauritania Cæsariensi.

A septentrionibus pelago Aphro.

Aphricæ ciuitates insignes

Tabraca maximam diem habet horarum  
equinoctialiũ. 14. & una quinta. distat ab  
Alexãdria uersum occasum hor. 2. ferè.

Ityca maximam diem habet hor. 14.  $\frac{1}{4}$ . Et di-  
stat ab Alexandria uersus occasum hor.  
1.  $\frac{1}{3}$ .

Carthago maximam diem habet horarũ.  
14.  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexãdria uersus occa-  
sum hora. 1.  $\frac{1}{3}$ .

Adrumentum maximam diem habet ho-  
ra. 14.  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus  
occasum hor. 1.  $\frac{1}{3}$ .

Magna Leptis maximam diem habet ho-  
ra. 14. octaua parte. Et distat ab Alexã-  
dria uersus occasum hor. 1.  $\frac{1}{12}$ .

Cirta Iulia maximam diem habet horarũ.  
14.  $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus oc-  
casum hor. 2.  $\frac{1}{4}$ .

Sicca Veneria maximam diem habet hor.  
14. & quid parum. Et distat ab Alexan-  
dria uersus occasum hor. 2.

Bullaria maximam diem habet hor. 14.  $\frac{1}{12}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum  
horis. 2. ferè.

Vthina maximam diem habet hor. 14.  $\frac{1}{12}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 1.  $\frac{1}{3}$ .

Thysdros maximam diem habet ho. 14.  $\frac{1}{8}$ .  
Et distat ab Alexandria uersus occasum  
hor. 1.  $\frac{1}{2}$ .

Mininx insula maximam diem habet ho-  
rarum. 14.  $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexãdria uer-  
sus occasum hora. 1.  $\frac{1}{3}$ .

Cossyra insula maximam diem habet ho-  
rarum. 14.  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uer-  
sus occasum hor. 1.  $\frac{1}{2}$ .

Melite insula maximam diem habet hora.  
14.  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus oc-  
casum hor. 1.  $\frac{1}{3}$ .

## AREA TABVLAE

Secunda Aphricæ tabula continet à parti-  
bus. 26. usq; ad partes. 47. Et fit longitu-  
do partium. 21. Latitudo à partibus. 25.  
usq; ad partes. 34.  $\frac{1}{3}$ . Fitq; Latitudo par-  
tium. 9.  $\frac{1}{3}$ .

12





MARE SARDONV

MARE TYRREN

MARE HADRIATICVM

MARE APH

MARE HADRIATICVM

27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47

27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47

37 36 34 34 33 32 31 30 29 28 27

36 34 34 33 32 31 30 29 28 27

34 34 33 32 31 30 29 28 27

34 33 32 31 30 29 28 27

33 32 31 30 29 28 27

32 31 30 29 28 27

31 30 29 28 27

30 29 28 27

29 28 27

28 27

27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47

27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47



## TABVLA .II. APHRICAE



**I**N HAC tabula de Aethiopia agitur, quam duplicem esse scias, Asiae scilicet, & Aphricae. Quarum una India dicitur, de qua in tabulis Asiae factus est sermo. Aethiopia autem appellata est ab Aethiope, Vulcani filio, qui illi praefuit, ut Plinius ait. Circa occidentum montuosa est, arenosa in medio, ad orientem deserta. Plurimas gentes habet, diuerso uultu, & monstruoso, specie horribiles. Primi omnium mortalium creduntur, uerissimiq; indigene, & seruitutem nunquam experti, semper genti libertas incolumis mansit. Primo deorum cultum, apud eos institutum memorant, Primasq; sacrorum ceremonias. Duplicem literarum usum, ut quae sacrae dicerentur, sacerdotibus duntaxat notae essent, alterum earum, quae uulgo paterent. Fuerunt tamen literarum figurae haud tales, ut ex illis sillabae coalescerent, sed animantibus, extremisq; hominum partibus, uarijsq; instrumentis artificum perq; similes, singulisq; sua inerat figuris significatio. Ut in accipitre celeritas, in crocodillo malum, custodia in oculo, sicq; aliae in alijs. Ex sacerdotibus, quem phanatico cursu circumferri uiderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem ubi regem creauerint, ueluti numen ei insit, aut sit ad minus diuina providentia eis datus, adorant. Vitam is agere statutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neq; premio, neq; pena afficere. In quem autem animaduersum uolet, licetorem signum mortis habentem, ad eum mittit, quo conspecto, confestim, quisquis ille est, domum reuersus, sibi mortem consciscit. Ferunt quoq; eis consuetudinis esse, amicos uisito, in regis morte, uita defungi, existimantes, eum interitum gloriosum, ueraq; amicitiae testem. Plures solis propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt, & pauci omnino pecorum uestiuntur pelibus. Alii subligacula capillis contexta, ad medium corpus inducunt, pecuariam rem uulgo exercent, pecora pusilla, admodum duri hirciq; uelleris, canes & ipsi nihilo maiores, caeterum asperi & pugnaces. Milij, hordeiq; frequens usus, unde potum etiam conficiunt. Caeteris carent frugibus, praeter palmulas, easq; perraras. Quidam herbis uictitant, tenuioribus harundinum radicibus, carnibus, lacte, & caseo uescuntur.



# TABVLA .III. APHRICAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS.

Prouincijs seu Præfecturis quas tertia Aphricæ tabula complectitur.

Cyrenaica, quæ & Pentapolis.

#  
\*

Marmarica.

\*  
\*

Libya.

Aegyptus.

Thebais.



**T**ERTIA tabula Aphricæ Cyrenę & Aegypti cōtinet Cyrenaicā & Aegyptū, cū adiacētibus insulis. Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum quam. 35. ad sexaginta.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Iudea, & Arabia petrea, & sinu Arabico.

A meridie interioris Libyæ deserto, & Aethiopia, quæ sub Aegypto est.

Ab occasu Aphrica & magna Syrtis, & parte interioris Libyæ.

A septentrionibus Libyco pelago, & Aegypto.

Cyrenaicæ ciuitates insignes

Berenice, quæ & Hesperides, maximam diē habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{1}{2}$ .

Arsinoë, quæ & Teuchira, maximā diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{1}{2}$ .

Ptolemæis maximam diē habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{3}{4}$ .

Apollonia maximā diē habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{3}{4}$ .

Cyrene maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum unius.  $\frac{3}{4}$ .

Marmaricæ autem

Magna Chersonesus maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{1}{2}$ .

Libyæ uerò

Parætonium maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum.  $\frac{3}{4}$ .

Alexandria maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat à meridiano Fortuna

tarum insularū uersus ortum solis horarum. 4. Pelusium maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria ad ortum horarum unius quinta parte.

Memphis maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum octaua parte.

Eius regionis quæ uocatur Thebais

Ptolemæis Hermei maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum octaua parte.

Magna Dyopolis maximā diem habet horarum. 13  $\frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum octaua parte.

Syene maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum octaua parte. Hic sol semel in anno fit supra uerticem capitis, quando in æstiuo est tropico.

Ammon maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum unius.  $\frac{3}{4}$ .

Magna Oasis maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horarum quid.


Myformus maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum.  $\frac{3}{4}$ .

Berenice maximam diem habet horarum. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horarum.  $\frac{3}{4}$ . Hic sol semel in anno fit supra uerticem, quando est in tropico æstiuo.

## AREA TABVLAE

Tertia Aphricæ tabula continet à partibus. 46  $\frac{1}{2}$ . usque ad partes. 63. Fitque Longitudo partium. 18  $\frac{3}{4}$ . Latitudo uerò à partibus. 23. usque ad partes. 32. Et fit Latitudo partium. 9.





**LIBYAE INTERIORIS PARS**

## TABVLA .III. AFRICAE

**A**EGYPTVS regio in Africa, uel secundū aliquos, Africæ proxima, ab Aegypto Danaï fratre, sic appellata, quum prius Aeria diceretur. Hæc (ut plinius dicit libro. 5.) ab oriente rubro mari, Assyriæq; cōiungitur. Vrbes eius insignes Iuere, Thebæ. Alydos, Alexādia, Babylon, & Memphis, hodie Damiatā, & Soldani sedes, ciuitas Chayrus siue Alcijr, amplissima. In Aegypto nuncq; uisum est pluuere, sed terram ipsam Nili inundatione, quotannis, post æstiuale solstitium fœcudari. à plerisq; inter insulas relata est, ita se Nilo scindente, ut triquetram terræ deliniet figuram. Quo contingit, ut à Græcæ literæ similitudine sit à multis Delta cognominata. Aegyptij omnium primi, duodecim deorum nomina eōmenti sunt. Aras & simulachra delubraq; statuisse credūtur, animalia in saxis figurasse. Quæ omnia planè arguunt, eos ab Aethiopibus esse oriundos, qui horum omnium fuerint autores, ut tradit Diodorus Siculus. Eorum scemine olim negociari, cauponari, institoriaq; obire munera consueuerunt. Viri intra murorum parietes texere. Hi onera capitibus gestare, mulieres humeris. Illæ stantes micurire, hi sedentes, domi uulgo uentrem exonerare, in uijs comessari. Mulierum nulla, neq; dei cuiusquā, neq; deæ, sacrificium habet. Initiātur, non singulatum cuiq; deorum, sed gregatim, quorū unus est pontifex. Vbi quis defunctus est, filius eius subrogatur. Pleriq; mortalium in funere deglabrant capita, & barbam promittunt. Aegyptij promittebant capillum, & barbam tondebant. Panem pedibus, lutum manibus subigebant, à dextra in sinistram literas dirigunt. Horum mares binis uestibus uti moris fuit, fœminas singulis. Bipartitus literarū usus. Profanus hic, ille sacer, sed uterq; ab Aethiopibus sumptus. Sacerdotes tertio quoq; die corpora rasitare, ne quid sordis, cum sacra faciunt, intercurret. Linea ferre uestimenta, semper recens abluta, fascia munditiæ gratia se circumcinctos esse, quia satius sit, mundos esse q̄ decoros. Vestem sacerdotes lineam tantum gestare, & calceos papyraceos. Lauātur quotidie frigida aqua, interdū ter, nocte bis. Cibo è farre (quòd quidam siliginam uocant) confecto, uictitant. Vino utuntur facto ex hordeo, defunt enim in ea regione uites. Vicitant quoq; tum piscibus partim crudis, ad solem arefactis, partim falsugine conditis, tum auibus, sed earum crudis, prius tamen sale conditis cothurnicibus, anatibusq;, apud locupletes. Eorum cum multi conuenerunt, & à cœna discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuum, è ligno factum, aut pictura & opere maxime imitantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali, ostendensq; singulis conuiuiarum, ait. In hunc intuens pota, & oblectare, talis post mortem futurus. Ad Aegyptios prius, ut mores illorū, leges, & sapientiam, quibus tum omnes terræ nationes facile anteibant, perciperent, transiere, ut Orpheus, Poetaq; Homerus, Musæus, Melampodes, Dædalus, Licurgus, Spartanus, Deinceps Solon Atheniensis, Plato philosophus, ac Samius Pithagoras, & huius discipulus Salomoxis. Eudoxus quoq; mathematicus, Democritus abderites, & Inopides Chius, Moses hebræus, & alij q̄ plurimi.



# TABVLA III. APHRICAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas quarta Aphricae tabula  
complectitur.

Libya interior.

Aethiopia sub Aegypto.

Aethiopia omnibus his australior.



**Q**UARTA & ultima  
tabula Aphricae continet in-  
teriorē Libyā, & aethiopiā,  
quae sub Aegypto est. & eā  
quae est interius, cum insu-  
lis sibi adiacentibus.

Parallelus ipsius medius, rationē habet ad  
meridiannm eandem ferē.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Arabico sinu, & mari rubro, ac si-  
nu barbarico, & parte Indici pelagi A me-  
ridie terra incognita.

Ab occasu terra incognita, & oceano occi-  
dentali.

A septentrionibus Mauritanijs duabus, &  
Aphrica, ac Cyrenaica, Aegyptoq̄.

Libyae interioris ciuitates insignes

Autolalae maximā diē habent horarū.  $13\frac{1}{2}$ .

Et distat ab Alexandria uersus occasum  
horis. 3. &  $\frac{1}{3}$ . Hic sol semel in anno fit su-  
pra uerticem in aestiuo tropico.

Larzitha maximam diem habet horarum.  
 $12\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus oc-  
casum hor. 3. ferē. Et hic sol bis in anno fit  
supra uerticē capitis, quando distat à tro-  
pico aestiuo ab utraq̄ parte gra. 58.

Thamondocana maximā diem habet ho-  
rarum.  $13\frac{1}{12}$ . Et distat distat ab Alexādrīa  
uersus occasum horis duabus.  $\frac{1}{2}$ . ferē.

Excipit autem bis in anno solem supra uer-  
ticem, quando distat à tropico aestiuo ex  
utraq̄ parte gradibus.  $42\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ .

Gira maximā diem habet hor. 13. & octaua  
parte. distat ab Alexandria uersus occa-  
sum hor.  $1\frac{1}{2}$  & octaua parte. Recipit au-  
tem & ipsa solem bis in anno supra uerti-  
cem, quando distat à tropico aestiuo ab  
utraq̄ parte gradibus.  $39\frac{1}{2}$ .

Garama maximā diē habet hor.  $13\frac{1}{3}$ . Et di-  
stāt ab Alexādrīa uersus occasum hor. 1. & se-  
ptima parte. Hic sol bis in anno fit supra  
uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq̄  
parte grad.  $23\frac{1}{2}$ .

Aethiopiae sub Aegypto  
ciuitates insignes

Napata maximam diē habet hor.  $13\frac{1}{4}$ . Et  
distat ab Alexandria uersus ortum hor.  
 $\frac{1}{2}$ . Hic quoq̄ sol bis in anno fit supra uer-  
ticem, distans à tropico aestiuo ab utraq̄  
parte gradibus.  $29\frac{1}{2}$ .

Meroe maximam diem habet hor. 13. Et  
distat ab Alexandria uersus ortum hor.  
quindecima parte. Hic sol bis in anno fit  
supra uerticē, quum distat à tropico aesti-  
uo gradibus.  $46\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ .

Ptolemais ferarum, maximam diem habet  
hor. 13. Et distat ab Alexandria uersus or-  
tum hor.  $\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ . In ea sol bis in anno fit su-  
pra uerticem, quum distat à tropico aesti-  
uo ab utraq̄ parte gradi.  $45\frac{1}{2}$ .

Adulis maximam diem habet hor.  $12\frac{2}{3}$ . Et  
distat ab Alexandria uersus ortum hor.  
 $\frac{1}{2}$ . ferē. Hic sol bis in anno fit supra uerti-  
cē, quū distat à tropico aestiuo ab utraq̄  
parte gradibus.  $62\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ .

Dire maximam diem habet hor.  $12\frac{2}{3}$ . Et di-  
stāt ab Alexandria uersus ortum hor. 1.  
Bisq̄ solem in anno supra uerticē sumit,  
quum distat à tropico aestiuo ab utraq̄  
parte gradibus.  $62\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ .


Mosylum maximam diem habet horarū.  
 $12\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū  
hor. 1 &  $\frac{1}{4}$ . In hac sol bis in anno fit supra  
uerticem, quum distat à tropico aestiuo ex  
utraq̄ parte gradibus.  $68\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ .

Aromata maximam diem habent horarū.  
 $12\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū  
hor.  $1\frac{1}{2}$ . Sumūtq̄ solem bis in anno supra  
uerticem, quando distat à tropico aestiuo  
ex utraq̄ parte gradi.  $74\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . ferē

## AREA TABVLAE

Quarta & ultima Aphricae tabula conti-  
net à parte una, usq̄ ad partes. 85. Et fit  
Lōgitudō partium. 85. Latitudo ab equi-  
noctiali autem boreā uersus partiū.  $26\frac{1}{2}$ .  
Ab æquinoctiali autem uersus austrū par-  
tium.  $16\frac{1}{3}\frac{1}{12}$  Vel integrarum partium. 17.  
Ita ut si partes Boreales & Australes con-  
iungantur, fiant partes.  $43\frac{1}{2}$ .

Aphricae prouinciæ. 12. Tabulae. 4.



## TABVLA .III. APHRICAE



**H**AEC quarta Aphricæ tabula, alias Aethiopiæ ciuitates quas prior non explicauit, continet, ut ex sequentibus patebit. Meroe fuit olim regni caput. Clypei figuram ea insula imitatur, ad tria milia stadiorum, cum Nilo protensa. Accolunt pastores eam, qui passim uenantur, & agricolæ aurifodinas habent. Herodotus autor est apud Macrobios, Aethiopes æs pluris existimari quàm aurum, cuius tam uilis sit usus, ut Cambysis legati, eo profecti, fontes uiderint aureis catenis in custodia uinctos. Quidam Sisamum, alij lotum ferunt. Hebeno & Siliquas stro abundant. Elephantes uenantur, & comedunt. Leones habent, Rinocerota, Basiliscos, Pardalos, Draconesque, qui multiplici nexu implicitos Elefantos haustu sanguinis cōficiunt. Hyacinthus ibi & Chrisopassus reperiuntur, colligitur & cinnamomum. Arcubus utuntur quadricubitalibus ligneis, & perustis. Instruuntur ad bellum etiam mulieres, quarum plerique oris labium æneo traiectum habent circulo. Venerantur eorum quidam orientem Solem, occidentem diris supplicationibus insectantur. Mortuos nonnulli in profluentem deiciunt, alij fictilibus condunt dolijs, quidam etiam uitreis conditos domi in annum asseruant, religioseque interim colunt, & primitias offerunt. Regem uenerantur ut deum & talis fuit ab initio, & iam ante secula multa Aethiopiæ status. Aethiopiæ rex (quem nostri pretoianem uocant, aut Sacerdotem Ioannem, siue Ianem, illi Giam id est potentem) tam potens est, ut duobus & sexaginta alijs regibus imperitare prædicetur, magnorum antistitum desideria ad ipsum omnia referri, atque Sacerdotia impetrari. Quod Romanus pontifex, regum maiestati dedit. Sacerdos tamen ipse non est, nec ullis sacris initiatus. Primorum antistitum ingens numerus, atque cuique horum ad minus, uiginti obediunt episcopi. Principes atque alios maioris dignitatis antistites, cum in apertum exeunt, crux præcedit, & aureum uas, terra refertum, ut hoc in spectum, euntem suæ admoneat mortalitatis, illa dominicæ passionis. Sacerdotes procreationis causa ducunt uxorem, quam si morte amiserint, nephas est, aliam superducere. Magna diuorum templa, ac nostris opulentiora, plurimumque fornicato opere, ad summumeducta. Multæ piorum ordinum familiæ, Antoni, Dominici, Calaguritani, Augustini, Macharei, colore amiciuntur indiscreto, antistitum permissu. Secundum deum optimum deiparamque uirginem, summa in his terris ueneratio Thomæ cognomento Didymo &c.



# PRINCIPIVM ASIAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas prima Asiae tabula complectitur.

Pontus  
Bithynia  
Quae propriae Asia dicitur in qua Phrygia  
Lycia  
Pamphilia, in qua Pisidia  
Galatia, in qua Paphlagonia, & Isauria  
Capadocia  
Armenia minor  
Cilicia.

## TABVLA .I. ASIAE.



ASIAE tabula prima continet Pontum, & Bithyniam, & quae proprie Asia dicitur, ac Lyciam, & Galatiam Paphlagoniam item, Capadociam, & Ciliciam.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor.

Circumscribitur autem tabula

Ab ortu Armenia maiori, & parte Syriae.

Ab Austro Carpathio, Lyciaco, & Pamphilio mari, Angustisque Ciliciae, & sinu Isibico.

Ab occasu Thracio, Bosphoro, & propontide, ac Hellesponto, & Aegeo pelago, ac Icario, & Myrtoo.

Ab arctis Pontico mari.

Bityniae ciuitates insignes.

Chalcedon maximam diem habet hora.

$15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horae unius  $\frac{1}{4}$ .

Nicomedia maximam diem habet hora.

$15 \frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Apamia maximam diem habet horarum.  $15 \frac{1}{12}$ .

Et distat ab Alexan. uersus occasum hor. unius quinta parte.

Heraclea Ponti, maximam diem habet ho.

$15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. decima quinta.

Nicaea maximam diem habet hor. 15. parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Propriae Asiae

Cyzicus maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $\frac{1}{4}$ .

Alexandri Troas maximam diem habet horarum. 15. ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $\frac{1}{3}$ . ferè.

Pergamus maximam diem habet horarum

$14 \frac{1}{2} \frac{1}{4} \frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. quinta parte

Smyrna maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alex. uersus occasum ho. octaua parte.

Ephesus maximam diem habet hora.  $14 \frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. quinta parte.

Myletus maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2}$  parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. parte octaua.

Cnidus maximam diem habet ho.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $\frac{1}{4}$ .

Sardis maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. parte octaua.

Magnesia maximam diem habet hora.  $14 \frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. octaua parte ferè.

Apamia Phrygiae maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Sitaque est ferè sub eodem Alexandriae meridiano.

Cibyra maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$  octaua parte. Et distat ab Alex. nihil ferè.

Mitylene maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$  octaua parte. Et distat ab Alex. uersus occasum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Chios maximam diem habet hora.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alex. ad occasum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Rhodos maximam diem habet ho.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus occasum hor. octaua parte.


Lyciae

Patara maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et sita est ferè sub ipso Alexandriae meridiano.

Andriaca maximam diem habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Distatque ab Alexandria ad ortum ferè nihil.

Myra maximam diem habet ho.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ . Et distat parum ab Alexandria uersus ortum.





Gra. i. 16. 47 mil.

13. pal.  
diē max. ho. 15. 1/4

12. pal.  
diē max. is.  
Clima. 5. 1/4

11. pal.  
diē max.  
h. 14. 1/4

10.  
diē max. ho. 14. 1/4

## Galatiæ

Sinope maximā diē habet hor.  $15 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus ortū horæ.  $\frac{1}{4}$ .

Amisus maximā diē habet hor.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ .

Ancyra maximā diē habet hor.  $15$  octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Therma maximā diē habet horarum.  $15$  octaua parte. Et distat ab Alexādrīa uersus ortum parum quid.

Pessenus maximā diem habet hora.  $15$ . Et distat ab Alexādrīa ad ortum parum.

## Pamphiliæ.

Sida maximā diē habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa ad ortū hor. quinta parte.

Perga maximā diē habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. octaua parte.

Aspendus maximā diē habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria quantū Perga.

Termessus maximā diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2}$  octaua parte. Et distat ab Alexādrīa quantū Perga & Aspendus.

## Capadociæ

Trapezus maximā diē habet hor.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor.  $\frac{1}{3}$ .

Comana Pontica maximā diē habet horarum.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè

Maza, quæ & Cæsarea, maximā diem habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$  & decima tertia.

## Armenia minoris

Comana Capadociæ maximā diem habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ.  $\frac{1}{2}$ .

Melitena maximā diē habet hora.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortū hor.  $\frac{1}{3}$ .

Nicopolis minoris Armenia maximā diem habet horarū.  $15$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ . ferè.

Satala Armenia minoris, maximā diem habet hora.  $15$  octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{3}$ . ferè.

## Ciliciæ

Selenus maximā diem habet hor.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Pompeiopolis, quæ & Soli, maximā diē habet hora.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Mallos maximā diē habet ho.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ . & decima quinta parte.

Tarsus maximā diem habet hora.  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexan. uersus ortū hor.  $\frac{1}{2}$ .

Adana maximā diem habet horarum  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ.  $\frac{1}{2}$ . & quid plus.

## A R E A T A B V L A E

Prima igitur Asiae tabula cōtinet à partibus.  $55$ . usq; ad partes.  $72 \frac{1}{4}$ . Et fit Longitudo partium.  $17 \frac{1}{2}$ . Latitudo à partibus.  $35$ . usq; ad partes.  $44 \frac{1}{2}$ . Et fit Latitudo partium.  $9 \frac{1}{4}$ .

## T A B V L A . I . A S I A E



**A**SIA altera tripartita terræ pars, appellata ab Asia, oceani & Thethios filia, Iapeti uxore, ac Promethei matre. Siue (ut alij uolunt) ab Asio Manæi Lidi filio. Cuius situs altero latere satis est enucleatus. Hæc pars terræ, in nomina ac plures portiones diuiditur, quarum aliæ maiores, aliæ minores ambitus comprehendunt. Tam latum autem & patens dicunt esse quicquid terræ Asiae nomine continetur, ut Aphrica & Europa, reliquæ duæ partes non magis complectantur, q̄ hæc sola. Cælo temperato est, solo fertili, & propterea omnium animantium genere cultissima. Quapropter liquet, in ea uarios gentiū esse mores & ritus, uaria nascentium mirabilia, de quibus unoquoq; loco, ubi tabulæ cōpages dabit, aliquid dicetur. Sed in ea huius primæ tabulæ parte, quæ minoris Asiae nomen obtinuit, Turciæ maioris nomen iam præualuit, ob ingentem qui eam diripuerunt & possident Turcarum colluuiem, qui & in Europam ab inde transfretantes formidabile christianis imperium in Constantinopoli statuerunt.

De gente Paphlagonum & Capadocum, & Ponto Euxino, Pliniū lege. libro. 6. ca. 1. 2. & 3. naturalis historiæ, si te largior locorū mōstratio delectat.

# TABVLA II. ASIAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas secunda Asiae tabula  
complectitur.  
Sarmatia Asiatica.



SI AE tabula secunda  
cōtinet Sarmatiam, quae  
in Asia est.

Parallelus ipsius medius,  
rationem habet ad meris  
dianum, quam septem ad  
duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, & parte Caspij maris.  
A meridie Albania, & Iberia, & Colchi  
de, & parte Euxini ponti.

Ab occasu Palude Maeotide, atq; Sarmat  
ia Europae.

A septentrionibus terra incognita.

Insigniorum autem Ciuitatum  
in eis.

Hermonessa maximam diem habet ho  
rarum.  $15 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria  
uersus ortum. hor.  $\frac{1}{3}$ .

Oenanthia maximam diem habet hora  
rum.  $15 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uer  
sus ortum hor.  $\frac{2}{3}$ . ferè.


Tanaïs maximam diem habet horarum  
 $17 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus or  
tum hor.  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Tyrambe maximam diem habet hora  
rum.  $16 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uer  
sus ortum. hor.  $\frac{2}{3}$ . ferè.

Naubaris maximam diem habet hora  
rum.  $17 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uer  
sus ortum hor.  $\frac{2}{3}$ .

## AREA TABVLAE

Secunda Asiae tabula continet à partibus  
64. aut per totam Paludem Maeotim, à  
partibus. 60. usq; ad partes.  $87 \frac{1}{2}$ . Et fit  
Longitudo partium aut.  $23 \frac{1}{2}$ . aut.  $27 \frac{1}{2}$ .  
Latitudo à partibus.  $46 \frac{2}{3}$ . usq; ad partes  
63. Et fit Latitudo partium.  $16 \frac{1}{3}$ . 16





20 paral. differt  
ab æqui. ho. 7.  
diem mai. 19.

19. paral. differt  
ab æqui. ho. 6.  
diem maxi. 18.

18. paral. differt  
ab æqui. ho. 5.  
diem maxi. 17.

17. paral. differt  
ab æqui. hor. 3.  
diem maxi. 17.


16. paral. differt  
ab æqui. ho. 4.  
diem maxi. 16.

15. paral. differt  
ab æqui. hor. 4.  
diem maxi. 16.

Clima. 7.

Unquod longitudo  
venerunt milia. 22.

India. 40. 1/2



## TABVLA II. ASIAE

**I**N HAC secunda Asiae tabula varia portentoſa hominum loca inſignita ſunt, unum tamē, quod potiffimum, & plus cæteris narratu dignum occurrit, Barbaræ ſcilicet mulieres in armis & prælijs egregiæ, hæ Amazones uocantur, & inſula fluuiio undiq; circumcluſa, pluſq; .200. milia, abſq; uirorum conſortio habitare ſolent. Quæ quando cum regina ſua uictrices à prælijs reuertuntur, à uiris ſuis (qui per ſe cōmorantur extra inſulam) adorantur. Semel autem in anno, cauſa generandæ proliſ, ad maritos exeūt, reuerſeq; ſi maſculum conceperint, ipſum per ſex annos nutriunt, & poſteà patri ſuo tranſmittunt. Si uerò foeminam, ipſam ſecum referunt. Itaq; quoniam ex frequenti libidiniſ uſu, multi ſpiritus cōſumuntur, præfatae uirgines, quanto rariuſ cōeunt, tanto fortioſes, & ad pugandū magis idoneæ ſunt. In hiſ quoq; partibuſ ſunt muliereſ ualde ſpecioſæ, in quodam flumine calido habitanteſ, horridaſ ueſteſ habēteſ, armisq; argenteiſ (eo q; ferro carent) utēteſ. De hiſ etiā uide Pliniū libro. 6. capite. 13. Hodie hæc tota mulierum prodigioſa fabula periit, à tartariſq; hæc regio penituſ colitur.



|    |    |    |
|----|----|----|
| A  | Q  | R  |
| 1  | 2  | 3  |
| 4  | 5  | 6  |
| 7  | 8  | 9  |
| 10 | 11 | 12 |



# TABVLA .III. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas tertia Asiæ tabula complectitur.

Colchis.

Iberia.

Albania.

Armenia maior.



**T**ERTIA tabula Asiæ continet Colchidē Iberiam, Albaniam, & maiorem Armeniam.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quam undecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu parte Caspij maris, & parte Medie.

A meridie Assyria, & Mesopotamia.

Ab occasu Capadocia, & parte Euxini ponti.

Ab Arcis Sarmatia Asiatica.

Colchidis insignes ciuitates

Dioscuria maximam diem habet horarū 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ.  $\frac{3}{4}$  decima quinta parte.

Phasis maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ.  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{6}$ .

Iberia

Artanissa maximam diem habet horarū 15  $\frac{3}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hora una.

Armaçtica maximam diem habet hora-

rū. 15  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1.

Albania

Gætara maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. &  $\frac{1}{3}$ . ferè.

Albana maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1.  $\frac{1}{3}$ . & decima parte.

Armenia maioris

Artaxata maximam diem habet horarū 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1.  $\frac{1}{3}$ .

Armauria maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. & decima parte.


Thospia maximam diem habet horarū 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$  cū octaua parte. Et distat ab Alexandria ad ortum hor. 1. ferè.


Artemita maximam diem habet horarū 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. &  $\frac{1}{4}$ . ferè.

## AREA TABVLAE

Tertia Asiæ tabula continet à partibus 70  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 87  $\frac{1}{2}$ . Et fit Longitudo partiū. 17. Latitudo à partibus. 38. usq; ad partes. 47  $\frac{1}{2}$ . Fitq; Latitudo partium. 9  $\frac{1}{2}$ .

17





14 part. hñs diē  
maiozē horaz  
15 et ½

Clima sexm

13 part. hñs  
diē maiozē hor  
15 et ¾

12 part. hñs  
diē maiozē  
horaz. 15.

Clima quintū  
11 part. habens  
diem maiozē  
horaz. 14 ½ ¼



Milior. 47

Armenienensis pars



## TABVLA.III.ASIAE

**Q**VAE Asiae tertia tabula contineat, ex praecedentibus innotuere. Iam uero de moribus inhabitantium, aliquid differere placet. Et primo de Albania, quae à candore populi nuncupata est, eo quod albo crine nascuntur. Huic terrae canes ingentes sunt, tantaeque feritatis, ut tauros premant, & leones perimant. Populi eius feroces admodum sunt, & (ut quidam asserunt) armigeri illi procaces sunt, quos uulgo Stradiottem nuncupamus. Hos etiam memorat Plinius libro. 6. ca. 10. Armenia uocata est ab Armeno Iasonis Thessali comite, qui amissio rege Iasone, collecta eius multitudine, quae passim uagabatur, Armeniam cepit, & ex suo nomine nuncupauit. Duplex autem est, scilicet, Superior & inferior. Iberia regio Asiae prope pontum Armeniae iuncta. In hac herbae, tincturae utiles, nascuntur.





# TABVLA III. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas quarta Asiae tabula complectitur.

Cyprus insula. Syria. Phoenicea. Iudaea Palestina. Arabia Petrea.  
Arabia deserta. Mesopotamia Babylonia.



**A** S I A E tabula quarta continet Cyprum, & Syriam & Iudaeam, & ambas Arabias, petream & desertam, Mesopotamiam, & Babyloniam.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quam quinq; ad sex.

Terminantur autem tabula

Ab ortu Assyria, & Susiana: & parte sinus Persici.

A meridie parte eiusdem Persici sinus & felici Arabia, & interiori parte sinus Arabici.

Ab occasu parte Aegypti, & Aegyptio & Syriaco, & Pamphilio mari, ac Ilico sinu, & Cilicia.

Ab Arctis angustijs Ciliciae, & parte Capadociae, & maioris Armeniae.

Cypri ciuitates insignes

Paphus maximam diem habet horarum, 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria ad ortum hor.  $\frac{1}{4}$ .

Amathus maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  cū decima quinta parte.

Salamis maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & octaua parte.

Syriae ciuitates insignes

Laodicia maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2 & quinta parte.

Hierapolis maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$ . & quid parū. Distatq; ab Alexan. uersus ortum horæ.  $\frac{3}{4}$  cū decima quinta parte.

Apamia maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor.  $\frac{3}{4}$ .

Palmyra maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$   $\frac{1}{2}$ .

Heliopolis maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

Panias Caesarea maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  ferè.

Damascus maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima parte.

In Iudaea, aut Palestina

Caesarea stratonis maximam diem habet

hor. 14 cū quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Ascalon maximam diem habet horarum. 14 cū octaua parte ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$ .

Neapolis maximam diem habet horarum. 14 cū octaua parte. Et distat ab Alexandria ad ortum horæ.  $\frac{1}{2}$  & octaua pte.

Elia Capitolia Hierosolyma maximam diem habent hor. 14 cū octaua. Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ  $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

In Arabia Petrea

Petra maximam diem habet hor. 14. Et distat ab Alex. uersus ortum ho.  $\frac{1}{2}$  & decima pte.

Medaba maximam diem habet horarum. 14. ac parū qd. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

Bosra maximam diem habet horarum. 14 cū octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{3}{4}$ . ferè.

In Mesopotamia

Edeffa maximam diem habet hora. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Nisibis maximam diem habet hor. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1.

Nicephoriū maximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hora.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$  & decima quinta parte.

Lambana maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Seleucia maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{4}$ .

In Babylonia

Babylon maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{4}$ .


Barsita maximam diem habet ho. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{4}$ . ferè.

Orchoa maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{4}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{4}$ . ferè.

Teredon maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

## AREA TABVLAE

Quarta Asiae tabula cōtinet à partibus 63  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 80  $\frac{1}{2}$ . Fitq; Longitudo partium. 17. Latitudo à partibus. 28  $\frac{1}{2}$ . usq; ad partes. 38  $\frac{1}{2}$ . Et fit Latitudo partium. 10.







## TABV. III. ASIAE.

**H**ÆC TABVLA Syriam cum suis adiacentibus continet, ut alio latere tactum est. Hæc à Syro quodam nomen traxisse perhibetur. Hanc incoluit Fœnix Catheni frater, de Thebis Aegyptiorum, qui apud Sidonem regnâs, regionem illam suo nomine Phœnicam nominavit. Hæc fertilis & bona est, à Iudeis & Saracenis quodam inhabitata, à Turcis iam tota subacta.

**H**UIC tabulæ, Arabiæ duæ partes inseruntur, Desertæ scilicet, & felix: Triplex enim Arabia est, Petrea scilicet, deserta, & felix. Et dicitur Arabia, ab Arabo Appollinis, ex Babylone filio. Alij dicunt, q̄ Arabia idem quod sacrum dicatur, eo q̄ thurisferos odores creet. De felici autem nihil ad propositam tabulam dicendum erit, quia in sexta de ea tractabitur. Desertæ autem est heremus miræ magnitudinis, ubi nihil nisi serpentes & bestię immanes morantur. Adiuncta insuper Cyprus insula, cuius ambitus trium millium quadringentorum & viginti stadiorum à Strabone definit. Longitudo à Clidibus in Acamantem pedestri itinere, ab oriente in occidentem progrediendo, mille & quadringentorum stadiorum. Virtute nulla insularum inferior, uino abundat & oleo, frumenti quoq̄ satis habet, Tyranni primo ei per urbes dominabantur, inde ptolæmaici Aegypti reges, postea romani, tandem in Venerorum concessit ditionem, Turcarum imperatori quotannis penso tributo.



# TABVLA V. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS  
Prouincijs seu Præfecturis quas quinta Asiæ tabula  
complectitur.

Assyria.  
Media.  
Sufiana.  
Persis.  
Parthia.  
Carmania deserta.  
Hyrcania.

**A**SIÆ tabula quinta cõ-  
tinet Assyriam, Sufianam,  
Mediã, Persidem, Parthiã,  
& Carmaniam desertam.  
Parallelus ipsius medius  
rationē habet ad meridia-

num, quam quatuor ad quinq;

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aria.

A meridie Carmania, & sinu Persico.

Ab occasu Babylonia, ac Mesopotamia,  
& parte maioris Armeniæ.

A Septentrionibus Hyrcani maris parte,  
& regione Hyrcania.

Assyriæ insignes ciuitates

Ninos, quæ & Nineui, maximã diem ha-  
bet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria  
uersus ortum hor. 1. & quinta parte.

Arbila maximam diem habet horarũ. 14  
 $\frac{1}{2}$  cũ octaua parte. Et distat ab Alexan-  
dria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Ctesiphon maximam diem habet horarũ  
14  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus  
ortum hora. 1  $\frac{1}{3}$ .

Sufianæ

Susa eiusdem nominis ciuitas cũ ipsa mas-  
ximam diem habet hora. 14  $\frac{1}{3}$ . Et distat  
ab Alexandria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Tariana maximam diem habet horarum  
14 cũ quita parte. Et distat ab Alexan-  
dria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$ . ferè.

Mediæ

Cyropolis Mediæ maximam diem habet  
horarum. 15. Et distat ab Alexãdria uer-  
uersus ortum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Acbatana maximam diem habet horarũ

14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus or-  
tum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Arfacia maximam diẽ habet horarum. 14  
 $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum  
hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  & decimaquinta parte.

Europus maximam diem habet horarũ.  
14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uer-  
sus ortum hor. 2  $\frac{1}{4}$ . ferè.

Persidis

Axima maximam diem habet horarum.  
14  $\frac{1}{3}$ . ferè. Et distat ab Alexãdria uersus  
ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Persepolis maximam diem habet hora-  
rum. 14  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uer-  
sus ortum hor. 2. & decimaquinta parte.

Marassium maximam diem habet hora-  
rum. 14  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexãdria uersus  
ortum hor. 2  $\frac{1}{2}$ .

Taoca maximam diem habet hor. 14. Et  
distat ab Alex. uersus ortũ hor. 2 ferè.

Parthiæ

Hecatompylus maximam diem ha-  
bet horarum. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria  
uersus ortum hor. 2  $\frac{1}{3}$ .


Ambrodax maximam diem habet ho-  
rarum. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . ferè. Et distat ab Alexan-  
dria uersus ortum hor. 2  $\frac{1}{3}$ . ferè.

Arracana maximam diem habet horarũ.  
14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus or-  
tum hor. 2  $\frac{1}{3}$ . & decimaquinta parte

## AREA TABVLAE

Quinta Asiæ tabula continet à partibus  
75  $\frac{1}{3}$ . usq; ad partes. 101. Et fit Longitu-  
do partium. 25  $\frac{1}{2}$ . Latitudo autem à par-  
tibus. 29. usq; ad partes. 43  $\frac{1}{3}$ . Et fit Latis-  
tudo partium. 14  $\frac{1}{3}$ .





Vnus granlon facit  
mil. quia 10

Vnus gr mil.  
II 1/5

mil.aria 12

13 parallellus

12 paral.

CLIMA 1

11 parallell.

10 para.

CLIMA. 4.

9 para.

8 para.

CLIM 3

## TABVLA V. ASIAE.

**D**E ASSYRIA ita scribit Augustinus, Assyria ab Assur, filio Sem, appellata est. Et in ea raro pluit, quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione parat, non sua sponte, ut in Aegypto, sed accolarum ingenio & labore, tanta alioquin ubertas, ut ducentena uulgo, & ubi eximie ferax, trecentena messe redundet tellus, quaternum digitorum latitudine tritici & hordei folia sint. Sesami & milii perceritas, arborum instar attollant. Quae omnia sibi explorata, cum tamen Herodotus memoranda censuit, uelut parum credibilia, si ipsi, qui ea non uiderint, talia proderentur. Palmis uescunt, ex quibus mel & uinum conficiunt. Fluum alibus nauigant utunt, in specie clypei orbicularis, non puppi, non prora discretis, quae super Assyria in Armenia salicibus texuntur, crudo corio exteriori parte obducto. Amiciunt Assyrii duabus tunicis, linea una, ad pedes demissa, altera linea breui, candida stola his super iniecta. Calceos pedibus inducunt, quales Thebanae soleae fuerunt. Comas alunt, mitraque redimunt, unguentis delibuti, in publicum exeunt. Annulum signatorium singuli habent, & sceptrum affabre factum, cui malum aut rosam, aut lilium, aut aliud simile sit impositum. Ex legibus, quibus ea gens usa dicitur, ea mihi res memorabilis uisa est, quod uirgines iam maturae, uiro in publicum productae, singulis annis. ipsi uenales proponebant, qui uxores ducere uellent, dabaturque primo uenit formosissima quaeque. Quibus minus spectata erat forma, & quas non modo non quisquam sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis alioqui ducturus, ea pecunia, quae fuerat pulchrioribus uenditis, in publicum redacta, concubio locabantur.

### DE BABYLONIORVM LEGE.


**B**ABYLONIORVM altera lex, quod utilior, eodem magis memorabilis, cum nullus ab initio in his esset medicorum usus, lege ferunt comparatum, ut qui aegrotare coepisset, eos de morbo consuleret, qui idem languoris genus passi essent, medicamque ad id leuandum operam aliquam experti. Apud alios scriptum reperio, in publicum aegrotos deferri solitos, legeque cautum, ut qui aliquando egrotassent, male affectos circuiret, doceretque singulos, quae ipsi ope potissimum adiuti, aliquando morbo defuncti essent. Eorum sepulchra in melle. funebris luctus, quae & Aegyptiis. Qui cum uxore noctu congressus est, nihil prius uterque tangit quam lotus fuerit. Omnibus Babyloniorum mulieribus, olim mos fuit, ex causa quadam, in aliqua re uenerea cum hospite permisceri, cum turba & cultu plurimo ad illum uenientibus, quelibet noto aliquo coronabatur, hospes quam cognoscere uolebat, posuit super illius genu argentum, quantum sibi uidebatur, tum coibat cum ea, longe a fano abducta, argentum illud Veneri sacrum erat.

### DE HYRCANIA

**H**YRCANIA dicta a sylua hyrcana, quae Scythiae subiacet. Est autem syluis aspera, copiosa immanibus feris, Tigridibus, Pantheribusque, & Pardis.

### DE MEDIA.

**M**EDIA dicta a Medo, Medae & Aegei Atheniensium regis filio. Sagittandi, equitandique studium genti praecipuum, ac penes peculiare, peruestita & regum ueneratio. Tiara, pileus, & manicatae uestes ab his ad Persas cum imperio fluxere. Proprium medorum regum fuit, plures uxores ducere, mox ad priuatos translatum, ut minus septem habere non liceret. Pulchrum & foemine, multos habere uiros, pauciores quinque calamitatem arbitrari. Regio sterilis est, quo ad septentrionem obuersa est, quo fit, ut ex malis in hunc usum exiccatis, ac contusis, massam conficiant: ex tostis amygdalis panem ex herbarum radicibus uinum, ferinis carnibus plurimum uicuntantes.



# TABVLA VI. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas sexta Asiae tabula  
complectitur.

Arabia felix.

Carmania.



ASIAE tabula Sexta cōtinet Arabiam felicē, atq; Carmaniam cum adiacentibus insulis.

Medius eius parallelus, rationem habet ad meridianum, quam decem ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Gedrosia, & Indico pelago.

Ab austro, ipso Indico pelago, & mari rubro.

Ab occidente sinu Arabico.

Ab Arcūs utraq; Arabia, petrea, & deserta, ac sinu Persico, & Carmania deserta.

Insigniorū oppidorū felicis Arabiae

Badeo maximā diem habet hor. 13  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$ . Hic autem sol bis in anno fit supra uerticem, distans ab utraq; parte aëstiu tropici gradibus. 29  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{6}$ .

Pudni maximā diem habet hor. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aëstiuo ab utraq; parte gradibus. 44  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Muza maximā diē habet hor. 12  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus ortū hora. 1. ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 52  $\frac{1}{2}$  & quinta parte.

Ocelis maximā diē habet hor. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hora una. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo ab utraq; parte gradibus. 58  $\frac{1}{2}$  & quinta parte.

Arabia Emporiū, maximā diē habet hor. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . ferē. Et distat ab Alexādrīa uersus ortū hor. 1  $\frac{1}{3}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, quū distat à tropico aëstiuo, ab utraq; pte gra. 60 & qnta pte.

Cane maximā diē habet hor. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 1  $\frac{2}{3}$ . ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradi. 57 & quinta parte

Gerra maximā diē habet hor. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alex. uersus ortū ho. 1  $\frac{1}{3}$ . Hic sol semel in anno fit supra uerticem, in ipso tropico aëstiuo.

Mara maximā diē habet ho. 13 cū octaua parte. Et distat ab Alexādrīa uersus or

tum hor. 1 & decimaquinta parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 37.

Omanum magnam diem habet ho. 13  $\frac{1}{4}$ . ferē. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 1  $\frac{1}{2}$ . Hic sol bis in anno fit supra uerticem, quum abest à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 34  $\frac{1}{4}$ .

Menambis magnam diem habet horarum. 13. Et distat ab alexādrīa uersus ortū hora. 1. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aëstiuo ab utraq; parte gradibus. 44  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Sabbatha maximam diem habet horarū. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortū ho. 1 & octaua pte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem distans à tropico aëstiuo ab utraq; parte gradibus. 48  $\frac{1}{2}$ .

Sabe maximam diem habet ho. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1 & decimaquinta pte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; pte gradi. 44.

Sapphar maximam diem habet horarū. 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 51  $\frac{1}{2}$ .

Insularum insignium, quae circa felicem Arabiam sunt

Dioscoridis maximam diem habet horarū 12  $\frac{1}{2}$  cū decima pte. Et distat ab Alex. uersus ortū ho. 1  $\frac{2}{3}$  & decima parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 65  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ .

Sarapidis insula maximā diē habet hor. 13  $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortū ho. 2  $\frac{1}{4}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aëstiuo, ab utraq; parte gradibus. 41 & quinta parte.

Apphana maximam diem habet horarū 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexādrīa uersus ortum hor. 1  $\frac{1}{3}$  & decimaquinta parte.

Insigniorum Carmaniae ciuitatum Armuza maximā diē habet hora. 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexā. uersus ortū ho. 2  $\frac{1}{4}$ . Hic quoq; sol semel in anno fit supra uerticem, cum est in tropico aëstiuo.

Samydace maximā diē habet hor. 13  $\frac{1}{3}$  cū



8. paral. per Alex.  
max. diē. ho. 14.

Clima. 3.

7. par. maxi.  
diem ha. ho.  
13 1/2.

6. para. max.  
diē. ho. 13 1/2.

Clima. 2.

5. Parale.  
Max. diē  
ho. 13 1/4.

4. par.  
ma. di.  
ho. 13.

Clima. 1.

3. paral. ha. max.  
diē hor. 13.

Miliaria 54.

Tropi. cā.  
Milia. 57.

Miliaria. 59.





o<sup>c</sup>tava parte. Et distat ab Alex<sup>a</sup>dria uer-  
su ortū hor. 2  $\frac{2}{3}$ . ferē. Hic quoq; sol bis  
in anno fit supra uerticem, distans à tro-  
pi co æstiuo, ab utraq; parte gradibus.  
14  $\frac{1}{2}$  & uigesima parte.

Carmana regia maximam diē habet ho-  
rarum. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria  
uersus ortum hor. 2  $\frac{2}{3}$ .

Carmina insula maximā diē habet hor. 13  
cū o<sup>c</sup>tava pte ferē. Distatq; ab Alex<sup>a</sup>dria

uersus ortū hor. 2  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Solē quoq; bis  
in anno supra uerticē suscipit, quū distat  
à tropico æstiuo ab utraq; pte gra. 39  $\frac{1}{2}$ .


### A R E A T A B V L A E.

Sexta Asię tabula continet à partibus 65.  
usq; ad partes. 104. Fitq; Lōgitudō par-  
tium. 39. Latitudo à partibus. 9. usq; ad  
partes. 31. Et fit Latitudo partiū. 22.

## T A B V L A V I. A S I A E

### D E M O R I B V S A R A B V M,

& prodigijs Arabiae.



**M**R A B E S longe lateq; diffusi, diuersis moribus uiuunt, &  
cultibus plurimis, crinibus intonsis, mitrata capita habent, redimitu  
pari, pars rafa in cūem barba. Artes haud ab uno in alium transfe-  
runtur, sicut apud nos, sed in patrijs quisq; permanet institutis. Qui  
maximus est natu, is in totā gentem regnum obtinet. Quæ possi-  
dentur, uniuersæ sunt cognationi communia, una omnibus uxor.  
Qui primus domum subierit, posito ante ianuam scipione, cum ea  
congregatur, cum grandiori natu pernoctat. Ita omnes, omnium sunt fratres, coeunt  
cum matribus & sororibus, pecudum ritu. Adulter capite plectitur, alterius sanguinis  
congressus, pro adulterio est, domestici in uniuersum legitimi habentur. Conuiuia ferē  
terdeni celebrant, et in his musicae artis duo nō imperiti, consanguinei sibi inuicem mi-  
nistrant. Vrbes & oppida sine mœnibus, pacate inter se agunt. Sesamino oleo utuntur,  
beatissima alioquin rerū ubertate. Ouium greges candidi uelleris, grandiori statu-  
ra boues, equis omnino carent, quorum desiderium adimit cham elorum copia. Aurū,  
argentum, & plura aromatum genera, terræ peculiaria. Aes, ferrum, uestes, purpura,  
Crocus, costus, tauremata aliunde aduehuntur. Defunctorum corpora stercore abie-  
ctiora. Regum cadauer sterquilinijs sepeliunt. Fidem inter homines, ut qui maxime ser-  
uant, quam hunc in modum dant. Quoties foedus inire uolunt, alius quidam medius  
inter utrumq; stans, acuto lapide ferit uolam, iuxta maiores digitos ipsorum, qui fo-  
dus ineunt, demum sumpto flocco ex utriusq; uestimento, inungit eo sanguine septem  
lapides in medio positos, inter inuendum inuocans Dyonyssium & Vraniam. Hoc  
actō, idem, qui fuit sequester foederis, inter amicos contrahendi, uadatur hospitem, aut  
forte ciuem, si cum ciue res agitur. Quod foedus & ipsi, qui amicitiam contraxerunt, ser-  
uare iustum censent. Mirrę sarmentis ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odo-  
re cremati storacis occurrant, plerumq; incurabiles morbos contrahunt. Cinnamum  
per sacerdotes legitur, hostijs prius cesis, quas cum litauerint, obseruatur, ut messis,  
nec ortum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet, farmē-  
torum strues hasta diuidit, quæ sacrata est in hunc usum, atq; ita portio manipulorum  
etiam Soli dicatur, quæ si iuste diuisa est, inflagrata incendium sponte cōcipit. Vmbræ  
quæ nobis dextræ sunt, illis sinistrae sunt, qui maritimam oram inter Arabicum & Per-  
sicum sinum colunt, & hoc sole æstiuum circulum peragrante. Pars eorum, quibus  
asper uictus est, serpētes edunt, nulla illis animi uel corporis cura, ac propterea Ophio-  
phagi nominantur. Mirum de Arabibus, quod inter potentissima Medorū Persarum  
Græcorum ac Romanorum imperia liberi semper ac à nemine fuerint superati, in Ma-  
hometi uerò le gem sponte uenerunt, in qua & persistunt.



# TABVLA VII. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas septima Asiae tabula complectitur.

Margiana.

Bactriana.

Sogdiana.

Sacæ.

Scythia intra Imaum montem.



SI AE tabula septima continet Hyrcaniam, Margianã, Bactrianam, Sogdianos, Sacas, & Scythiam intra Imaũ mōtem.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quam duo ad tria.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, quæ intra Imaum montem est.

Ab Austro mōte Imao, qui supra Indos est, qui intra & extra Gangem sunt. Preterea Paropanisadibus & Aria ac Parthia, & parte Hyrcani maris

Ab occasu parte Mediae, & Hyrcani pelagi, & Sarmatia Asiatica.

Ab arcibus terra incognita.

Insigniorum Ciuitatum Hyrcaniae Eiusdem nominis cū regione Hyrcania maximam diem habet horarū.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horis equinoctialibus.  $2 \frac{1}{2}$  cū decima quinta parte.

Amarusa maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $2 \frac{1}{3}$ .

Margianæ Ciuitates

Margiana Antiochia maximã diem habet hor. 15 ferè, Et distat ab Alexandria ad ortum hor. 3 & decima quinta parte. Nigæa maximam diem habet horarū 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3.

In Bactriana

Characharta maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $3 \frac{1}{3}$  cū decima quinta parte.

Zaripsa maximam diem habet horarū.  $15 \frac{1}{3}$  cū decima quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $3 \frac{2}{3}$ .

Bactra maximã diẽ habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $3 \frac{2}{3}$ . & decima quinta parte.

Maracanda maximam diem habet horarum.  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $3 \frac{1}{2}$ . ferè.

In Sogdianis

Oxiana maximam diem habet horarum  $15 \frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexã. uersus ortū ho.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . ferè.

Maruca maximam diem habet hor.  $15 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor.  $3 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . ferè.

Drepfa maximã diẽ habet hor.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 4.

Vltima Alexandria maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 4 & octaua parte.

In Scythia, quæ intra montem


Imaum est


Aspabota maximam diem habet horarū  $15 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . ferè.

Dauaba maximam diem habet horarū.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 3. ferè.

## AREA TABVLAE

Septima Asiae tabula continet à partibus. 85. aut per totum mare Hyrcanum usq; ad partes. 145. Et fit Lōgitudō partium. 65. aut. 71. Latitudo à partibus. 35. usq; ad partes. 63. Fitq; Latitudo partium. 28.





Hic sunt homines non  
man du carter da solo  
fimo et ella in qua car  
pes de recte sunt reia  
untur

Hic dominus e ambu  
lar contra plus non pri  
eps tartarorum et im  
pirat sup 600 armato  
rum virorum.

20. para. hab. diem maxi. hor. 19.

19. para. ha. diem maxi. hor. 18.

18. para. hab. diem maxi. ho. 17 1/2

17. par. ha. diē maxi. ho. 17.

16. hab. diē ho. 16. 1/2

15. ha. diē ho. 16.

Clima 7

14. habens diē ho. 15 1/2

Cl 6

13. diē ho. 15 1/4

Cl 5

12. diē ho. 15

Cl 5

11. hor. 14. 1/2


11. hor. 14. 1/2

Vnus grad.  
longi. ualet  
32 1/2

Miliaria.  
40 1/2


Milia.  
44 1/4

diē ho. 15



## TABVLA VII. ASIAE.

**S**CYTHIA regio septentrionalis, à Scythæ Herculis filio (ut tradit Herodotus) dicta. Vel ut Be-  
rosus, à quodam alio ex Araxæ præfæ, quæ Noë con-  
iunx fuit, genito. indigenæ Scythæ. Hîj olim à princî-  
pio paruum patriam possidebant, postmodum pau-  
latim per uirtutem & uires aucti, quum regiones mul-  
tas sibi subdidissent, in magnum imperium gloriamque perue-  
nere. Ea primum natio iuxta Araxim flumen parua numero propter  
ignobilitatem confedit, nacti regem quendam bellicosum, & militas-  
ri uirtute præcipuum, agros ampliarunt, montanos quidem usq; ad  
Caucasum, campestres uero usq; ad oceanum, & Meotidem paludē,  
aliaq; loca ad Tanaim usq; flumen, à quo Scythia ipsa longo tractu  
uersus ortum protensa, Imao monte, per medium, uelut in duas Scy-  
thias diuiditur. Quarum una Scythia intra Imaum montem dicitur,  
altera extra. ab alieno imperio aut intacti aut inuicti Scythæ semper  
manserunt. Darium Persarum regem turpi à Scythia submouere fu-  
ga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem  
cum copijs uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere  
arma. Gens & laboribus & bellis aspera, uires corporum immensæ.  
Hæc inter se olim discreta non erat, utpotè quæ neque agrum cole-  
ret, neque tectum, sedes ue haberet ullas: sed per solitudines & incul-  
ta uagabatur loca, armenta pecoraq; præ se agens: coniuges & liberi  
plaustris uehebantur: legibus nullis obnoxia, iustitiam sponte cole-  
bat: nullum furto grauius in tota gente flagitium fuit, ut que non pa-  
rietibus aut septis armentum circumdat, sed in propatulo habeat. Nul-  
lus ipsi aut auri aut argenti usus. Lac & mel in cibatu frequens: con-  
tra frigora & rigores ferinis pellibus, murinisq; corpora comuni-  
bat. Laneus usus ac uestium ignotus genti. erat is sanè uiuendi ritus  
frequens Scythijs, sed non omnibus: plerique eorum ut loco pluri-  
mum distantes, sic ab inuicem uita diuersi, ueluti peculiare inter se fo-  
uebant mores, de quibus postea dicemus.



# TABVLA VIII. ASIAE

HAB SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas octaua Asiae tabula complectitur.

Scythia extra Imaum montem.  
Serica.



ASIAE tabula octaua continet Scythiam extra Imaum montem, & Sericam. Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quae duo ad tria.

Circumscribitur autem tabula

Ab arctis & ortu terra incognita.  
A meridie Sinis, & parte Indiae.  
Ab occasu Saccis, & Scythia, intra Imaum montem.

Scythiae insignes ciuitates

Iffedon Scythica maximam diem habet hora. 16 octaua parte ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6.  
Auzacia maximam diem habet horarum. 16  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 5  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ .

Sericæ insignes ciuitates


Iffedon Serica maximam diem habet horarum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . ferè.  
Drosache maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 7 septima parte.  
Ottorocora maximam diem habet horarum. 14  $\frac{2}{3}$ . ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 7.  
Metropolis Sera maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Distatq; ab Alexandria uersus ortum horis. 7  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . aut totas. 8.

A R E A T A B V L A E

Octaua Asiae tabula continet à partibus. 140. usq; ad partes. 180. Fitq; Longitudo partium. 40. Latitudo à partibus. 35. usq; ad partes. 63. Et fit Latitudo partium. 28.

22





Vnus gradus  
longitudinis  
in hoc paral.  
per tylen con-  
tinet miliaria  
28.½

Milia. 32.½

Milia. 40.½

Miliaria. 47.

Miliaria. 50.½

21. paral. per  
tylen ha. di.  
na. ho. 20.

20. pa. ha. diē  
maxi. ho. 19.

19. parali. ha.  
hem maxi.  
ho. 18.

18. pa. ha. di.  
maxi. ho. 17.

16. par. ha. diē  
max. ho. 16.

15. par. p̄borif  
tate. ha. diē  
ma. ho. 15.  
CLIMA. 7.

14. paral. ha.  
diem ma. ho.  
CLIMA. 6.

13. par. ha. diē  
ma. ho. 15.½.

12. par. ha. di.  
maxi. ho. 15.  
CLIMA. 5.

11. pa. hab. diē  
ma. ho. 14.½.

10. par. ha. diē  
ma. ho. 14.½.

# TABVLA VIII. ASIAE



**G**AVDENT Scythiarū gentes cæde humana. Quamprimū uirū in bello uir Scythia ceperit, eius sanguinē potat. Quoscunq; in bello interemerit, eorū capita regi offert, nā capite ablato, fit prædæ quācūq; ceperit particeps, alioqui expers. Caput hoc modo præcidit. In orbē illud amputat circa aures, uerticeq; lumpto excutit, deinde pellē detrahit, & ubi sicut bouis corium, manibus molliuit, tanq; mantile possidet, eaq; ad habenas equi sui appensa gloriatur. Qualium mantilia, ut quisq; plurima habet, ita uir præstantissimus iudicatur. Multi etiā sunt, qui coria hæc humana, tanq; brutorū consuunt, quibus pro amiculis induantur. Cæsorū hostium manus dexteris cum unguibus excoriant quidam, atq; cū ijs pharetrarū opercula obducūt. Nonnulli totos homines excoriatos, coria super ligna extenta, supra equos circumferunt. Capita dicto modo excisa, exterius crudo bouis corio superducūt, interius inaurant etiā, qui ditiores sunt, & pro poculis utūtur. Hospitibus qui ad eos ueniūt, uiris alicuius estimationis exhibent, referuntq; illos à se esse superatos, id strēnitatis loco ponētes. Semel quottannis singuli regionū principes uinū crateri miscunt, de quo Scythæ omnes, hostiū homicidæ bibunt. Nemo gustat, qui nihil præclari operis ediderit, sed sine honore seorsum sedet, quæ res apud eos est maxime ignominia. Qui uerò cōplures cædes fecerūt, hī duobus pariter (quos habent) calicibus potāt. Deos hos solū propiciātur & colūt, Vestā scilicet ante omnes, deinde Iouē, ac Tellurē, existimātes Tellurē Iouis coniugem esse. Post hos Appollinē, & cœlestē Venerē, Martem, & Herculē. Nulli tamen ex his simulachra, aras & delubra faciēda putant, præterq; Marti, cui ex captiuis centesimum quēq; immolāt, cæteris tum alia pecora, tum præcipue equos, fues, pro nihilo putant, quos nec alere omnino in sua regione uolunt. Rex, in quos morte animaduertit, eorū ne liberos quidem relinquit, sed uniuersos mares interficit, foeminis nihil læsis. Foedera cū quibuscunq; ineunt Scythæ, hoc modo, Infuso in grandem calicē ficulē uino, cōmiscunt eorū sanguinē, qui foedus ferunt, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulū corporis, deinde in calice tingunt acinacē sagittas, securim, iaculū, hæc ubi fecerūt, sese multis uerbis deuouēt, postea uinū epotant, nō modo hī, qui foedus fecerūt, sed etiā comites hī, qui sunt maximæ dignitatis. Massagethæ populi Scythig, in Asia ultra mare Caspium, uestitu & uictu Scythis perq; similes. Quo fit, ut Scythæ à plerisq; credātur. Ex equis pugnāt & pedibus, utroq; pugne genere penē inuicti. Sagittis, hasta, sangari, id est ferro, quo accincti sunt, auroq; in baltheis & capitis ac axillarum ornatu utūtur. Aureos thoraces equorum pectoribus inducunt. Ex auro frena & phaleras cōficiunt, æreas cuspides hastis præfigunt, ære pharetras muniūt. Ferr. & argenti nullus apud eos est usus. Singuli uxorem ducūt, eaq; cōmuniter utuntur, idq; Scytharum soli faciunt, si Scythæ habendi sunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur suspensa ad plaustrum pharetra, cum ea sine pudore concubuit.



# TABVLA . IX . ASIAE

HÆ SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas nona Asiæ tabula complectitur.

Aria.  
Paropanifadæ  
Drangiana  
Arachosia  
Gedrosia



SI ASIAE tabula nona continet Ariam, Paropanifadas, Drangianam, Arachosiam, & Gedrosiam.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Circumscribitur autem tabula

Ab ortu India.  
A meridie Indico pelago.  
Ab occasu utraq; Carmania, & Parthia  
Ab Arctis Margiana, & Bactrina.

Ariæ insignes ciuitates

Aria maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 3.

Bitaxa maximam diem habet horarum 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{4}$ .

Alexandria Ariæ maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{3}$ .

Paropanifadum

Naulibis maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{3}$  & octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . ferè.

Carura, quæ & Ortospana, maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{12}$ . Distatq; ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ .

Drangianæ

Prophthasia maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{3}$ .

Ariaspa maximam diem habet horarum 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{4}$ . ferè.

Arachosia

Alexandria maximam diem habet horarum. 14  $\frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{2}$  & decima parte.

Arachotos maximam diem habet horarum. 14. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$  & quid parum.

Gedrosia

Cuni maximam diem habet ho. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 3  $\frac{1}{3}$ .

Musarna maximam diem habet hor. 13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexan. uersus ortum ho. 3  $\frac{2}{3}$ .

Arbis maximam diem habet horarum 13  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3. Hicq; sol semel in anno fit supra uerticem, in ipso aestiuo tropico. Et hoc dicimus, quia sol prope ipsum est tropicum. Sciendum autem, qd quum distat

tertia parte unius magni gradus qui in zodiaco tres efficit, tum non semel in anno, sed bis necesse est, solem fieri supra uerticem, quando scilicet distat a tropico aestiuo, ab utraq; parte gradibus. 3. sicut in alijs ciuitatibus prescriptum est, quæ in eadẽ parte latitudinis sitæ sunt.

## AREA TABVLAE.

Nona Asiæ tabula continet à partibus 101. usq; ad partes. 119  $\frac{1}{2}$ . Et fit Longitudo partium. 18  $\frac{1}{2}$ . Latitudo à partibus. 17. usq; ad partes. 39. Fitq; Latitudo partium. 22.









## TABV. IX. ASIAE.



**I**N H A C tabula pauca sunt mirabilia, in autēticis scripturis reperta. Ideoq̄ de quibusdā gentiū, in consinibus habitantiū, moribus & uita aliquid recitare licet. Quod de Parthia (quæ huic tabulæ cōtermina est) absoluam. Parthiā igitur Parthi, Scytharū exules à se uocauerūt furto terrā occupatā, cuius situs ex tabulis præcedentibus patuit. Regio est nemorosa, montana, & inops frugum. Gens ipsa Assyriacis Medisq̄ temporibus obscurissima, re gnōq̄ à Medis ad Persas translato, uelut uulgus sine nomine, uictoribus præde fuit. Postremo Macedonibus seruiuit. Procedēte dein de tēpore, ea fuit ipsius gētis uirtus, n̄ rerū successus, ut nō tantū finitimis imperaret, sed à Romanis omniū gentiū uictoribus bello petita, eos magnis cladibus uictos affecerat. Plinius quatuordecim Parthorū regna numerat. Trogus his orientis imperiū attribuit, uelut orbis diuisione cū Romanis facta. His sermo inter Scythicum Medūq̄ medius, ex utrisq̄ mixtus. Vestis olim sui moris, posteaq̄ accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida. Armorū patrius ac Scythicus mos. Exercitus non ut aliæ gentes liberorū, sed maiori ex parte seruorū habent. Quorū uulgus nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus indies crescit. Hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare & sagittare magna industria docēt, ut quisq̄ locuples est, ita magnū regi ad bellū ituro equitatum instruit. Itaq̄ Antonio bellū Partis inferenti, cū quinquaginta milia equitum occurrerunt, soli octingenti liberi fuere. Cominus in acie præliari nesciūt, obsessasq̄ expugnare urbes. Pugnāt autem procurrētibus equis, aut terga dantibus. Sepe etiā fugā simulant, ut incautiores aduersus, uulnera insequentes habeant. Signū his in prælio, non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cæterū intollerabiles essent, si quantus his impetus est, uis tanta & perseuerantia foret. Plerūq̄ in ipso certaminis ardore prælia deserūt, ac paulo post pugnā ex fuga repetunt, & cū maxime uicisse teputas, tunc tibi discrimen subeundū sit. Munimentū equitibus loricae plumatae, idem & equis, quibus bello utuntur. Auri argentiq̄ nullus olim, nisi in armis usus. Vxoresq̄ dulcedine uariæ libidinis singuli plures ducunt, nec ullum grauius flagitiū, q̄ adulterium uindicant, ob id etiā mulieribus non cōiuitia solū uirorū, uerū etiā conspectū interdiciūt. Quidā aiunt (& in his Strabo) cōiuges eos suas amicis in matrimonium tradere, ut liberos ex eis suscipiant. Carne non alia uescuntur, q̄ uenatibus quæsitā. Equis omni tempore uehuntur, his petūt bella, his conuiuita adeunt, mercantur, colloquūtur, omniaq̄ publica & priuata obeunt munia, equo sedentes, atq̄ singulare illud inter ordines discriminē, q̄ seruilis fortunæ uiri pedibus cōmeāt, ingenui equis uehuntur. Sepultura uulgo aut auium aut canum laniatus est. Nuda demum ossa terra obruunt, deorum cura ueneratioq̄ præcipua. Ingenia genti tumida, seditiosa fraudulenta, procacia. quippe uiolentiam uiris, mansuetudinem foemini assignant.



# TABVLA X. ASIAE.

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Praefecturis quas decima Asiae tabula complectitur.

India intra Gangem.



**S**I AE tabula decima continet Indiam intra Gāgem fluum, cum adiacētibz sibi insulis. Parallelus ipsius medius, rationē habet ad meridianum, quam undecim ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu India extra Gangem.  
Ab austro parte Gangetici sinus, & Indici pelagi.

Ab occasu Gegrosia, & Arachosia, & Paropanisadis.

Ab Arc̄tis parte Imai montis, quae sub Sogdianis, & Saccis est.

Insignes in ea ciuitates

Simylla maximam diem habet horarum  $12\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . ferē. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3. &  $\frac{1}{3}$ . Hic quoq; sol bis in anno supra uerticem fit, quū distat à tropico aestiuo utraq; parte grad.  $30\frac{1}{2}$ .

Muciris maximam diem habet horarum  $12\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . Hicq; sol bis in anno fit supra uerticē, quando distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gradū,  $52\frac{1}{2}$  quinta parte

Chaberis maximam diem habet horarum  $12\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ . aut. 13. ferē. Et distat ab Alexā. uersus ortū hor.  $4\frac{1}{2}$  tredecima parte ferē.

Sumitq; solē bis in anno supra uerticem quum distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $47\frac{1}{2}$ .

Palura maximā diem habet hor.  $12\frac{3}{4}$ . Et distat ab Ale. uersus ortū hor. 5. & octa. pte Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, quū distat à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus. 60 quinta parte.

Caspira maximam diem habet horarum 14. ferē. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $4\frac{1}{2}$  ferē.

Bucephala maximam diem habet horarum. 14. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $4\frac{1}{3}\frac{1}{30}$ .

Palimbothra maximā diem habet horarum,  $13\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $5\frac{1}{2}\frac{1}{30}$ .

Patala maiorē diē habet hor.  $13\frac{1}{3}$ . ferē. Et distat ab Alexā. uersus ortū hor.  $3\frac{1}{2}$ .

Suscipit autem solē in uerticē bis in anno, quum distat ab utraq; parte à tropico

aestiuo partes.  $26\frac{1}{2}$ .

Barbari maximā diē habet hor.  $13\frac{1}{3}$  nona parte. Et distat ab Alex. uersus ortū hor.  $3\frac{1}{2}\frac{1}{30}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $16\frac{1}{20}$ .

Barygaza maximā diē habet horarum. 13. Et distat ab Alexādr̄ia uersus ortum hor.  $3\frac{1}{2}$ . &  $\frac{1}{30}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradi.  $41\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ .

Ocena maximā diē habet hor.  $13\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexādr̄ia uersus ortū horis.  $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$  ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, quum abest à tropico aestiuo ab utraq; parte gra.  $30\frac{1}{2}$  quinta parte.

Bæthana magnā diem habet hor. 13 octa ua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortū horis.  $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $39\frac{1}{3}$ .

Hippocura maximā diē habet hor. 13 quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 4. ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $35\frac{1}{2}$ .

Carura maximā diem habet hor. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis. 4. ferē. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $45\frac{1}{4}$ .

Modura Pandionis, maximā diem habet hor. 13. Et distat ab Alexādr̄ia uersus ortum hor.  $4\frac{1}{3}$ . Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $46\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ .

Orthura maximā diem habet hor. 13. Et distat ab Alexādr̄ia uersus ortū hor.  $4\frac{2}{3}$  Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $45\frac{1}{4}$ .

Pitynda maximam diem habet horarum  $12\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. 5. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico aestiuo ab utraq; parte gradibus.  $57\frac{1}{12}$ .

## A R E A T A B V L A E

Decima Asiae tabula continet à partibus 109. usq; ad partes.  $148\frac{1}{2}$ . Fitq; Lōgitudō partiū.  $39\frac{1}{2}$ . Latitudo à partibus. 11. usq; ad partes. 39. Fitq; Latitudo partiū. 28.



¶ nas gradus  
hiz mili 50

Milivia  
54

Milivia  
54

Mil  
60

Mil  
50

Mil  
40

Mil  
30

Mil  
20

Mil  
10

Mil  
0



10. pallela bz  
diem hor. ma. 14  
Clima 4.  
9. pal. habz  
diem. ma. ho. 14  
Clima 3.  
7. pal. hz  
diem. ma. hor. 14  
Clima 2.  
5. pal. hz  
diem. ma. hor. 14  
Clima 1.  
4. pal.  
diem. ma. hor. 14  
Clima 1.  
3.  
Clima 1.  
2.  
Clima 1.  
1.

# TABVLA X. ASIAE



## IN DECIMA ET VNDECIMA

Asiae tabulis India intra & extra Gangē fluviiū assignatur, quare de Indorū regione & moribus, binis illis in locis agere licet. India igit̄ oriētalī Asiae terminus, tam uasta perhibet̄, ut eā tertiā omnium terrarū partē tradāt. Pōponius tantū littoris occupare scribit, quātū per quadraginta dies noctesq; uelificātibus cursus est. Appellata à flumine Indo, in quē ab occidentali plaga desinit, à meridionali mari incipiens, ad usq; solis occasum porrigit̄, & à septētrione usq; ad montē Caucasum peruenit. Gentes habet multas, & oppidis adeo exulta, ut quidā in ea quinq; milia fuisse dicāt. Nec mirū sit, uel de hominū uel de urbiū copia, cū soli Indi nunq; à natali solo recesserint. Fluiuos memorabiles, Gangē, Indū, & Hypanim habet, sed omnium maximus Canges. Terra Fauonij spiritu saluberrima, ī anno bis fruges metit, uice hyemis. Ethesias patitur uētos. Vīno caret, q̄uis non desit, qui hoc quoq; Musicanū solum ferre autumat. Nardū ferē Australis ora fert, & Cinnamomū, piper, & calamū aromaticū, ut Arabia & Aethiopia. Ebenū arborē sola producit, Psitacum auē, Monoceron bestiā. Berillis Chrisoprassis, adamātibus, carbunculis, lichnitibus, margaritis, unionibus, & gēmis preciosis abundat. Binā illic aestates, leues aurā, temperius cœlū, ubertas soli, aquarū abundantia. Centū ob id & triginta annorum æuū eorū quidā, ut Musicani agunt. Senibus uita aliquādo longior. Indis omnibus est promissa cesaries, nō sine fūco cærulei aut crocei coloris. cultus præcipuus cum gemmis, habitus discrepātissimus, alij laneis, alij lineis peplis uestiuntur, pars nudī, pars obscena tantū amiculata, plurimi etiā flexibilibus liberis circumdati, niger uulgo corporis color, in materno utero tales fiunt seminis dispositione, quales ipsi sunt qui genuere, Genitale semen ut Aethiopibus, nigrum, statura procera ac ualida. In uictu frugales sunt, præsertim, in castris, nec multa turba gaudēt, ornatu plurimo (ut dixi) utuntur. A furtis magnopere abstinēt. Legibus utuntur non scriptis. Literas nō norunt, sed omnia memoriter administrāt. Et propter simplicitatem ac uitę parsimoniā, omnia eis prospere succedunt. Vīnum non nisi in sacrificijs bibunt. Potum ex oriza conficiunt & hordeo, cibus magna ex parte oriza forbilis est. In legibus & cōtractibus maximam simplicitatē esse, uel ex eo argui potest, q̄ nō multū sunt litigiosi, nā nec cōmissi, nec depositi iura ulla habent, nec testibus indigēt, nec sigillis, sed simpliciter credunt. Domū frequētius incustoditā habent, quæ profecto omnia cōtinentiæ sunt. Multas nuptas habēt quas à parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis, & nisi castas esse cogant, fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus sacrificat, nec adolet, nec libat, uictimas nō iugulant, sed præcluso spiritu necant, ne quid mancū deo offeratur, sed integrum. Qui falsus testis depræhenditur, extremis decurtatur digitorum articulis. Qui membro aliquo quempiam orbauerit, nō modo talionis penam subit, sed etiam manu truncatur. Quod si quis artificimanū oculum ue ademerit, capitale est. Regis corpus empticiæ mulieres curāt, quæ regē custodiūt & reliquus exercitus manet extra portas.



# TABVLA XI. ASIAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas undecima Asiæ tabula complectitur.

India extra Gangem.

Synarum regio



**A**SIAE tabula undecima cōtinet Indiam extra Gangem, & Sinas. Parallelus ipsius medius ferè eandē rationē habet, quam meridianus.

Circunſcribitur autem tabula

Ab ortu terra incognita.

A meridie ſignu magno, & Gangetico, qui in pelago ſunt Indico.

Ab occidente India intra Gangem.

A ſeptētrionibus parte Saccarum, & Scythia extra Imaum montē, atq; Serica.

Inſigniorū ciuitatū Indiæ extra Gangē

Tacola maximā diem habet horarū equi noctialium. 12  $\frac{1}{4}$ . Et diſtat ab Alexādia uerſus ortū ho. 6  $\frac{3}{4}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico æſtiuo ab utraq; parte gra. 79  $\frac{1}{2}$ .

Zabæ maximam diem habet hor. 12  $\frac{1}{4}$ . & aliquid plus. Diſtatq; ab Alexan. uerſus ortum hor. 7  $\frac{1}{2}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticē, diſtās à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus. 78  $\frac{1}{2}$ .

Toſala maximā diem habet hor. 13  $\frac{1}{2}$ . Et diſtat ab Alexā. uerſus ortum ho. 6. Hic autem ſol ſemel in anno fit ſupra uerticem in ipſo tropico æſtiuo.

Tugma maximā diem habet hor. 13  $\frac{1}{2}$ . Et diſtat ab Alexan. uerſus ortū ho. 6  $\frac{1}{2}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem. diſtans à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus. 18  $\frac{1}{4}$ .

Trilingū maximā diē habet ho. 13 oſtaua parte. Et diſtat ab Alexādia uerſus ortū ho. 6  $\frac{1}{4}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus. 39  $\frac{1}{2}$ .

Mareura maximam diem habet horarū 12  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et diſtat ab Alexādia uerſus ortum hor. 6  $\frac{1}{2}$ .

Hic ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans ab utraq; parte à

tropico æſtiuo gradibus. 57 quita parte. Randamarcota maximā diem habet ho.

13  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ . Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 7  $\frac{1}{2}$ . ferè

Metropolis Argyre in Iabadij inſula, maximam diem habet hor. 12  $\frac{1}{2}$ . Diſtatq; ab Alexādia uerſus ortum, aſtrali polo ſuper terram eleuato hor. 7 oſtaua parte.

Hic quoq; ſol bis in anno ſupra uerticem fit diſtans à tropico hyemali, ex utraq; parte partes. 68  $\frac{1}{2}$ .

## Sinarum ciuitates inſigniores

In Sinis Aſpithra maximam diem habet hor. 13. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 7  $\frac{3}{4}$   $\frac{1}{2}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico æſtiuo, ab utraq; parte gra. 45  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

Sing metropolis maximam diem habet hor. 12  $\frac{3}{4}$  oſtaua parte. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis. 8. ferè. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem quū diſtat à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus. 82  $\frac{1}{2}$ .

Cattigara ſtatio maximam diem habet hor. 12  $\frac{1}{2}$ . Et diſtat ab Alexandria polo Aſtrali ſuper terrā elato ad ortum horis. 7  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{4}$ .

Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus. 68  $\frac{1}{4}$ .

## AREA TABVLAE

Undecima Asiæ tabula continet à partibus. 136. aut per fontes Diamonis fluminis, qui Gangi admiscetur. 134  $\frac{1}{2}$ . uſq; ad partes. 180. Et fit Longitudo partiu aut. 44. aut 46  $\frac{1}{2}$ . Latitudo ab æquinoctiali ad Boream partibus. 37. Ab æquinoctiali uerò ad aſtrum. 8  $\frac{1}{2}$ . uel. 9. Fitq; Latitudo. 45  $\frac{1}{2}$ . aut. 46






# TABVLA · XI · ASIAE

**R**

EG I interdium dormire non licet, nocte cogitur cubilia per horas mutare, idē propter insidias, cum in castris non est, saepe exit, nā & ad iudicium exit, & audit, si hora est, ut corpus curet, quod strigilum fit perfrictione, simul & audit, & à tribus perfrictoribus perfricitur. Exit etiā ad sacrificia, tertio ad uenationem ubi Bachico more maxima mulierū caterua circumfunditur, stipatores foris manent, uia funibus obtexitur, q̄ si quis ad mulieres intro prauaricauerit, capite plectitur, praecedunt eum timpana & tintinnabula. Cum in locis septis uenatur, assunt ei duae tresue mulieres armatae. Cum uero in locis non clausis uenatur, ab elephante sagittat. Mulierum aliquae in curribus sedent, quaedam in equis ac elephantis, quemadmodum & militant, omnibus armis exercitatae, multum profecto à nostris discrepantes. Atq; haec etiam à rerum scriptoribus dicuntur, q̄ Indi Iouem pluuialem, & Gangē flumen, & indigetes genios colant, & cum eorum rex capillos abluat, solennia celebrant, & maxima dona mittant, diuitias suas certatim ostendentes. In septem ordines olim diuisa gens fuit. Quorum primus philosophorum erat, qui ceteris numero pauciores, honoreq; & dignitate apud reges longe anteibant. Hi ab omni opere immunes, neq; seruiunt cuiquam, neq; imperant, recipiuntq; à priuatis ea, quibus sacra dijs faciant, & curam habeant defunctorum, tanq; chari dijs, & quae fiant apud interos praecipue norint, propterea dona, plurima, honoresq; eius impenduntur, multum enim profunt Indorum uitae. Nam anni principio conuenientes, siccitates, pluuias, uentos, morbos praedicunt, caeteraq; quorū cognitio possit utilis esse. Futura enim audientes, tum populus, tum rex, & futura declinant mala, & bonis futuris immittunt. Qui autem philosophus falsa praedixerit, nullam, praeterq; q̄ perpetuo sileat pena subit. Secundus ordo est agricolarum, qui multitudine superantes alios, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colendis tempus impartunt. Nullus hostis eos lacessit, neq; spoliat, sed existimans illos in genere utilitatis uersari, ab omni iniuria abstinent, itaq; soluti metu agricolae, terramq; libere colentes, rerum afferunt ubertatem. Viuunt aut in campis, cum uxore & liberis, neq; in urbes comitant. Regi dant tributum, nulli priuato licet agros possidere praeter tributum, & quintam quoq; fructuum partem regibus impendunt. Tertium ordinem conficiunt omnis generis pastores, qui neq; in ciuitatibus, neq; uillis morantur. Utuntur tabernaculis, uenatu ac rhetibus tutas à feris auibusq; regiones reddunt, hoc exercitio Indiam domesticam praestant, multis uarijsq; tum bestijs, tum auibus sementi agricolarum infestis copiosam. Quartum locum artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs utilibus rebus fabricandis uacant, ij non solum immunes à tributo sunt, sed fructum insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secundi, belli disciplina exercetur, omnis ea multitudo armis dedita, tum equi elephantiq; bello apti, ex regia uictum habent. Sextus est ordo Ephorum, hī quacūq; in India aguntur, inspicientes, regi referunt. Septimo loco existunt, qui publicis consilijs praesunt, numero paucissimi, nobilitate prudentiaq; maxime insignes.





# TABVLA XII. ASIAE

HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS

Prouincijs seu Præfecturis quas duodecima Asiæ tabula complectitur.

Taprobane insula.



**A**SIAE tabula duodecima continet Taprobanam insulam, cum cæteris insulis circa ipsam.

Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum eandem.

Circūdatur autē tabula ab utraq; parte Indico pelago

Insignes insulæ ciuitates

Talacori emporium maximam diem habet horarum æquinoctialium,  $12 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum horis.  $4 \frac{1}{2}$  decima quinta parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo, ab utraq; parte gradibus.  $59 \frac{1}{2} \frac{1}{12}$ .

Agadiba maximam diem habet horarū  $12 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor.  $4 \frac{1}{2}$  decima parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat ab æstiuo tropico, ab utraq; parte gradibus.  $68 \frac{1}{12}$ .



Maagrāmum metropolis maiorem diē habet horarum.  $12 \frac{1}{2}$ . ferè. Et distat ab Alexandria ad ortū hor.  $4 \frac{1}{2}$ . ferè. Hicq; sol bis in anno fit supra uerticem, qui distat à tropico æstiuo, ab utraq; parte gradibus.  $71 \frac{1}{2}$  decima quinta parte.


## AREA TABVLAE

Duodecima & ultima Asiæ tabula continet à partibus. 116. usq; ad partes. 135. Et fit Longitudo partium. 19. Latitudo ab æquinoctiali uersum septentrionem partibus.  $12 \frac{1}{2}$ . aut per Cory promontorium. ita ut Taprobane appareat ad Indiae situm partibus.  $13 \frac{1}{3}$ . A meridiae uero partibus.  $6 \frac{1}{2}$ . ita ut si tota colligatur Latitudo, fiat partium.  $19 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . aut integerum. 20.

Sunt igitur Asiæ Prouinciæ. 48.

Omnes Prouinciæ nostræ habitabilis sunt. 49.





INDIAE PARS

INDICVM

EQUINOCTIALIS

MARE

TAPROBANA INS.

117 118 119 120 121 122 123 124 124 126 127 128 130 131 132 133 134 134 136 137 138 139 140 141 142 143 144

14  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
4  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
4  
6

14  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
4  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
4  
6

3. para. hōz. 12. 1/4.

2. para. hōz. 12. 1/4.

1. par. hō. 12. 1/4.

Equinoctial. hō. 12.


1. para. hō. 12. 1/4.

117 118 118 119 120 121 122 123 124 124 126 127 128 130 131 132 133 134 134 136 137 138 139 140 141 142 143 144


# TABVLA. XII. ASIAE 9




**T**APROBANE N insulam, anteq̃ temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerunt, & quidem eum, quem habitare Antipodes crederentur. uerum Alexandri magni uirtus, ignorantiam publici erroris non tulit, ulterius permanere, sed in hæc usq̃ secreta propagauit nominis sui gloriam. Missus igitur Onesicritus præfectus classis Macedoniae, terram istam, quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratam notitiæ nostræ dedit. Patet in longitudine itadiorum septem milium, in latitudine quinq̃, Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestijs & elephantis repleta est, maioribus multo, q̃ quos India parit. Margaritis scatet, & gemmis omnibus. Sita est inter ortum & occasum. A Prassia Indorum gente, dierum uiginti quinq̃, primo in eam fuit cursus, sed cum Papyraceis & Nili nauibus illo pergeretur, mox cursu nauium nostrarum septē dierum iter factum est. Mare uadosum interiacet, altitudinis non amplius senum passuum, cæteris autem canalibus adeo altum, adeoq̃ depressum, ut nullæ unq̃ anchoræ ad profundū illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando siderum obseruatio, utpote ubi septentriones nequaquã aspiciuntur, Virgiliae nunq̃ apparent, nam ab octauam in sextadecimam tantū supra terram uidentur. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimum. Solem orientem à dextra habent, occidentem à sinistra. Sub Claudij adhuc principatu æs signatum ignorabant, pecuniam maxime stupuisse traduntur, q̃ signata disparibus uultibus foret, parem tamen haberet morem ponderis. Excedunt homines corporum magnitudine alios omnes. Crines fucō imbuunt, ceruleis oculis, atroci uisu, terrifico sono uocis, quibus immatura mors est in annos centum æuum trahunt, alijs omnibus annosa ætas, & pene ultra humanam extenta fragilitatem. Nulli per diem, aut ante noctem somnus, noctis partem quieti destinant, lucis ortum uigilia anteuertunt, ædificia modice ab humo tollunt. Annona semper eodem tenore est. Vites nesciunt, pomis abūdant. Colunt Herculem. In regis electione, non nobilitas præualet, sed suffragium uniuersorum, populus enim eligit spectatum moribus, & inueteratæ clementiæ, & iam annis grauem. Rex quadraginta rectoris accipit, ne in causis capitum solus iudicet, & sic quoq̃ si displicuerit iudicatum, ad populum puocatur, à quo datis iudicibus septuaginta, fertur sententia, cui necessario acquiescitur. Quod si rex aliquo peccato argutus sit, ac conuictus, morte mulctatur, non tamen, ut cuiusq̃ manu tractetur, sed consensu publico rerum omnium interdicta ei facultate, etiam colloqui potestas, punito denegatur. Culture student uniuersi, uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas, Tigrides & Elephanti tantum requiruntur. Maria quoq̃ piscationibus inquietant, marinasq̃ testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo, ut superficies earum domum faciat, & numerosam familiam non arte receptet.











OCEANI OCCIDEN  
TALIS SEV TERRAE NOVAE  
TABVLA



**C**H R I S T O P H O R V S Colūbus natione Italus, patria Genuensis, gente Colūba, uir erat mediocri statura, colore ad rubedinē inclinato, facie oblonga. Is eo animo regiam Hispaniarum regū adiuit ut haecenus inaccessas orbis partes perq̄ diligenter peragraret, ac detegeret. Petijt propter eā rursus & iterum instantissime ab rege memorato, ut uoto tam pio non deesset. futurum ei & toti Hispaniæ decus præclarum adseuerabat, si sua opera & impensa nouas inaccessasq̄ regiones nactus foret: & ad id opus nauandum, ultro se offerebat. Nam pollicebatur, plures posse nascisci in occidente insulas, & continentem, quæ ad usum imo ad delicias mortalium minime forent ineptæ. Et imprimis in his insulis, quæ conterminæ sunt Indiæ, inueniri posse arbitratur baccas, id est uniones, lapides preciosos ferè omne genus, necnon aromata omnifariam, auricq̄ plurimū & argenti. Hæc meditantem, rex & regina identidem derisere, utpotè cogitantem inania, & pensius nullius, uertebaturq̄ hic sermo propè in tabellam. Tandem peractis annis octo, cum se alio Columbus cõferre uellet, cepit rex his sermonibus aures præbere attentiores, decreuitq̄ experiri uiri ingenium: propterea in effectū huius celebris instituti, iussit Liburnicam unā, & celoces duas, omni annonæ armamentorumq̄ genere cõmuniri. Quibus expeditis, prima Septēbris luce. M ccccxcij. diu optatum iter aggressus soluit à portu, Palos uulgariter ab Hispanis nuncupato, iter faciens uersus insulas fortunatas, quas nūc Hispani appellāt Canarias, ob id, q̄ canibus olim maxime abūdarēt, antiqui uerò fortunatas dicebāt. Hæc em̄ absunt à Gadibus leucas. cc. prout ipsi computant suas leucas, dantes unicuiq̄ leuca. 4. miliaria. Fortunatas p̄pterea eas dixere, ob aeris miram temperiem, cœliq̄ clemētiam. Sunt in climāte per Siennē, inter occidentē & meridiē, eas incoluerūt ferinq̄ gentes, quibus nulla fuit religio, nullus dei timor, nulla uerecundia, utpotè qui nudi incedebāt usquequaq̄. Eo Colūbus cõcessit, aquæ nō nihil sumpturus, ut uel inibi focij prius parumper conuiescerent, q̄ atrocioribus se crederēt laboribus: nam qui sulcant maria incomperta, his necesse est, propè labores innumeros exanclare. Soluens igitur illinc, arabat maria, & per dies. xxxiij. totidēq̄ noctes nauigās uersus occidentē, tandem ipsemet Columbus prima noctis uigilia insulā quādā con-











spicatus est. propius accedentes, uidere insulas sex, quibus plustratis, duas nouissime uastissimas reperit, eisq̄ noīa indidit, Alteram Hispanā, Ioannā alterā nuncupauit. Ioannam non satis compertā habuerit, utrum foret insula uel ne, dum tamen eius latera legunt, audiuerit innumeros, autum concentus, & imprimis lusciniarum, quae densissimis nemoribus inerrabāt, mense nouembri. Inibi etiam cōspexere limpidissima flumina, eademq̄ potui suauissima, portus magnos celebresq̄. Et cum uento Choro nauigarent, prouecti sunt magis secus insulae littora, nusquā tamen ad calcem peruenere. Cū igitur progressi fuissent ferē miliaria. 500. leucas uerō. 125. & nullū terminum adhuc cōperissent, credidere continentē fore: propterea decreuere gradum referre, impellente pelagi sequitia. nam malus, id est arbor nauis nutare incipiebat. Conuertit itaq̄ nauem ad orientem, & mox deuenere ad eam insulam, quae dicitur Hispana, & cū summe appeterent terrā, ac septentrionale latus explorarent, iam limiti terrae appropinquantibus, ratis maxima in scopulum quendam collisa est, adeo, ut iam dehisceret: uerum submergi nequiuit, ob planiciem saxi, mox accurrunt cum cymbis uiri celocis alterius, & socios e faucibus Neptuni eripuerunt, ferē moribundos. Cum terrae appulissent, conspecti sunt ab incolis eius insulae, qui protinus effuse fugerunt in nemora densissima, non aliter, q̄ si fugacem leporem consecraret canis genus inauditum. Nostri tum uestigia insequuntur fugientium, & mulierem quandam corripuerunt, quam cum ad naues reduxissent, uino & obsonijs propē distentā, & eleganter uestitam, missam faciunt: nam ipsi nudi incedunt, & humaniores omnino ignorāt delicias. ibiq̄ erecta turri. 39. ex socijs in custodiā & possessionem noui orbis a se inuenti dimissis, cū reliquis duabus celocibus idē Colūbus in Hispaniā se cōtulit, ubi honorificentissimē a regibus receptus uice rex & almirans ac gubernator dicti noui orbis eorū iussu ab omnibus salutatur: iterūq̄ reuersus cōtinētē & alias quāplurimas insulas adinuenit, quibus nunc Hispani felicissime dominantur. Toto itaq̄, quod aiunt, aberrāt caelo qui hāc cōtinētē Americā nūcupari contendunt, cum Americus multo post Colūbū eandem terrā adierit, nec cū Hispanis ille, sed cū Portugallensibus, ut suas merces cōmutaret, eo se cōtulit.




|   |   |   |
|---|---|---|
| A | O | R |
| 1 | 2 | 3 |
| 4 | 5 | 6 |
| 7 | 8 | 9 |
| 1 | 1 | 1 |
| 2 | 4 | 6 |


147

147




TABV  
MODER  
ANGLIE &  
HIBER






NOV 1914



TABV NOVA HISPA NIAE



HISTORICAL







TABV. MOER. GALLIE






# TAB. MO. GERMA.

**A**BVLA quarta & quinta Europæ de nonnullis Germaniæ populis, ac eorum moribus dictum est. Nunc autē de cæteris, quæ locis allegatis omiſſa ſunt dicendum erit. Et primo de Boemia. Boemia regio, Germaniæ finibus incluſa. Aquilonis flatibus obiaz cet. Latitudo eius longitudini terè par, trium forte die rum iter. Sylua hercynia tanq̃ nativo muro undiq̃ cingitur. Albi flu uio media irrigatur, atq̃ quodam alio Multauio nomine, ad cuius ri pam Praga ſita eſt, ampliſſima urbs, & totius regni caput. Solū hor dei & tritici ferax, pabulo, pecore atq̃ piſcibus abundat, olei ſterilis eſt, quemadmodum Germania ipſa. Vino non omnino caret, Cerui ſiam optimam facit, quæ Viennā uſq̃ Auſtriæ uehitur. Boemi licet Germanis undiq̃ circumſepti ſint, Germanica tñ lingua nō loquunt̃. Dalmatarū aduentu Teutonica illinc pulſa. etenim in eorum annali bus reperitur, fratres duos ex Croatiae populis egreſſos, alterum in Boemia, alterum in Polonia conſediſſe, mutaſſe q̃ & gentibus priori bus linguā, & terris nomina Volaterrano autore. mos uetus, & Ger minica lingua à pleriq̃ in hanc uſq̃ diem obſeruatur. In tēplis enim plebes ſermone Teutonico docentur, in cōmercijs Boemico. Solis mendicantibus olim licuit, qua uellent lingua, populos inſtituere. Nullæ leges ſunt, nulla ſanctiora inſtituta, quodlibet licet, quippe Chriſtianiæ fidei non ſolum non cultus, ut qui Vualdenſium ſectam amplexi tutentur, uerum auorum noſtrorum memoria Huſſitarum ueneno infecti, Orthodoxæ fidei cultum parum etiam hodie integre cuſtodiuunt. Romanum pontificem parem in ordinem redigunt, ne gantq̃ cæteris auguſtiorẽ eſſe ac uenerabiliorem, inter ſacerdotes nullum diſcrimen ducentes.

## DE SAXONIA

